

GEO: GRAV.

PANACÆA VEGETABILIS

1689








WELLCOME
HISTORICAL MEDICAL LIBRARY

PANACÆA VEGETABILIS CALIDA

Sive

MAJORANA NOSTRA.

Igne Rationis examinata, Experientiæ lapide Lydio probata, ut & variorum Autorum classico suffragio subfulta atque stabilitâta.

Quam singulis Naturæ Scrutatoribus commendare atque in publicum prodire curavit

GEORGIUS Grav/ Coburgensis Francus,
Medicinæ Doctor, Physicus Römhildo Behringensis.

JENÆ,
Sumtibus JOH. BIELKII, Bibliopol.
Anno 1689.

SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO,

DOMINO

HEINRICO,

Duci Saxoniæ, Juliæ, Cliviæ & Montium, Landgravio Thuringiæ, Marchioni Misniæ, Principali Dignitate Comiti Hennebergiæ, Comiti de Marcha & Ravensburg, Dynaſtæ in Ravenſtein.

Domino ſuo Clementiſſimo.



PRINCEPS SERENISSIME,

DOMINE CLEMENTISSIME.

DUo ſunt *Artium*, quæ hominum utilitati atque uſui inſerviunt, *inſtrumenta*, quibus omnia firmari atque ſtabiliri ſolent, *Ratio* nimirum & *Experientia;* His enim ipſa Medicina, quæ *Ars* omnium artium *nobiliſſima* meritò cenſetur, fulcitur, quippe quæ exacti excuſſique judicii hominibus ſunt factura fidem, ea ad hanc amuſſim, lapidem ad hunc Lydium explorari debent.

Quid autem magni præſtiterit Medicus, ſi herbas ac medicamenta ex iis parata efficaces obtinere effectus

ratione ſtudeat evincere, niſi id experimento comprobarit.

Sextum nunc volvitur luſtrum, quo praxis me beat Medica, quo tempore multa & periculoſa ſatis ſymptomata hominibus ut plurimùm interitum minitantia, curanda mihi fuerunt concredita oblataque; inter alia autem initio praxeos meæ tale fuit exemplum. Puellula quædam poſt-
„huma quartum agens menſem Co-
„burgi miris Epilepſiæ deſubitò cor-
„ripitur inſultibus, omnes adſtantes
„materq; ipſiſſima ob mariti obitum
„adhuc mœſtiſſima exclamabant,
„en! ultimus nunc emittitur ſpiritus,
„ah! de filiolæ vita actum eſt, con-
„clamatum eſt, utinam & hîc quis
„eſſet, qui lectiſſimam meam filio-
„lam è mortuis reſuſcitaret, ac è fau-
„cibus mortis eriperet; in arctis ego
„conſtitutus vocatus, nec non media
„obrutus nocte incurrens Muſæum
„meum oleum depromo amaraci de-
„ſtillatum, quod tunc ob copiam ma-
jora-

joranæ mihi allatæ præparaveram, „
cujus guttam unam atque alteram „
vertici infantulæ instillabam nares-„
que eô inungebam, visu mirum, co-„
lor quidam ex cœruleo fuscus per „
totum errabat corpus, cum ad ex-„
trema, pedes intelligo, pervenisset, „
ea coloris vicissitudo, tunc paroxy-„
smi amplius visi sunt nulli, quæ pu-„
ella etiam, nunc virgo nubilis, pro-„
ut mihi relatum est, incolumen at-„
que ab omnibus epilepticis liberam „
degit vitam insultibus. „

Iidem fermè insultus epileptici in „
filiolo meo Friderico Johanne, „
quarto vitæ suæ temporalis die post-„
quam obstetrix aliàs non incauta „
solito eum abluisset more, conspecti „
fuêre: dum ad jentaculum ægro-„
tantes insimul visitando, illisque „
prospiciendo Amicos quosdam in-„
vitare curo integerrimos, en! in-„
speratò occurrit famula mea dicens, „
mi Domine Doctor propera, ah! „
propera citò, filiolus tuus variis ac „

„ multiplicibus affligitur epilepſiæ in-
„ ſultibus, ſtatim advolans conſpicio
„ miſerabilem infantuli ſtatum, varia,
„ quæ tunc ad manus erant, adhibeo
„ remedia, ſed cuncta fruſtrà; tan-
„ dem in mentem venit meam vis ant-
„ epileptica olei ſamſychini, ſtatim
„ extra adhibeo id, intra verò eſſen-
„ tiæ antepilepticæ meæ grana duo in
„ lacte materno: ad hæc acceſſiones
„ epilepticæ in momento quaſi eva-
„ nuerunt, quæ etiam ad vitæ filioli
„ illius mei finem, (qui alia ob ſym-
„ ptomata annum dum agebat ſepti-
„ mum placitè obdormivit) nunquam
„ viſæ fuerunt, licet dentitio, variolæ,
„ morbilli aliique morbi epilepſiam
„ ſæpiſſimè comitem habentes aſſidu-
„ um, cum apprehenderint.

Hisce duabus obſervationibus & aliis nonnullis (quas omnes, ſi huic inſerere animus foret, nimis fortean & ad tædium usque excreſceret hæcce Epiſtola) permotus altiora de MAJORANA inquirens poſteritati me-

dicæ,

dicæ, eam excolendi, ejusque naturam vim & efficaciam exactiùs rimandi commendare volui gratia. Nemo etenim Medicorum satis pro dignitate atque nominis sui amplitudine spartam exornat suam, qui non vivas spirantesque herbas, in quarum notitiam nos deducunt oculatæ per manus inspectiones, & graphicæ Autorum delineationes, exactè noverit: nemo tàm stupidus erit, qui herbarum ac medicamentorum ex regno vegetabili desumtorum, efficacium, quibus morbi expugnari solent, ignorationem in Medico feret: nemo est, qui periculosam ægroto hanc Medici ignorantiam atque neglectum non culpabit; nemo est, omnes artis numeros implesse visus, qui harum cognitione destitutus est.

Miror certè ad miraculum usque illorum partim ignaviam, partim & incuriam, quibus hæc Medicinæ pars, Botanicam intelligo, habita est neglectui.

Profectò non Veteres modò Medici, ut *Hippocrates*, *Galenus*, *Dioscorides* & alii benè multi, sed potentissimi quoque Reges ac Principes in hac Medicinæ parte sese exercitarunt; quibus nihil magis fuit in votis, nihil visum est magnificentiùs, magisque regium, quàm scire vires usumque medendi herbarum: quàm parum seriis oblectamentis se recreare, & certè vetustissimorum Regum fama ac nominis amplitudo jam pridem oblivioni tradita fuisset, nisi renascentes quotannis herbæ salubres illorum nominibus inscriptæ atque insignitæ perituram alioquin memoriam refricarent, illosque ab oblivionis injuria vindicarent, qualis est *Mithridatia*, *Gentiana*, *Sysimachia*, *Mercurialis*, *Artemisia*, *Teucrium*, & aliæ benè multæ, quorum vestigiis insistere debent Philiatri, ac non solùm anxiâ curâ herbarum formas explorare, verùm etiam vires excutere ac experiri, easque morbis expugnandis,

dis, atque conſervandæ humanæ naturæ accommodare.

Hi ſiquidem per diffuſam narrationem & ſolidas traditiones exculta ſola non artifices effingere poſſunt, tantisque præſidiis inſtruere, ut minimi ſit negotii ſæviſſimos quoscunque morbos conficere; ſic enim & ego ſtudiorum meorum uberrimam percipio frugem, & reliqui fructum non pœnitendum conſequentur: qui verò alia ratione curſum inſtituunt ſtudiorum, omniaq; ad oblectamentum potiùs, quàm ad uſum utilitatemque hominum referunt, malè de ſtudiis merentur, nec ſuis, civiumque benè conſulunt commodis.

Quidam Notericorum dixit herbarum ſtudium eſſe jejunum, cum à temporibus *Dioſcoridis* nihil additum ſit præter gradus, quos affixerunt herbis, quibus tota herbæ craſis tribueretur, valeat itaque ſtudium botanicum. Valeat potiùs ille, qui vileſcere vult ſtudium illud eò, quia

herbarii notitiam exactam in applicando & medendo non habent. Dicit porrò omnem herbam ſtercus & ſangvinem habere, cujusque eſſe diverſam operationem, nec non earum ſordes & impuritates poſſidere, hinc herbarum imbecillæ vires, præſertim in chronicis. Valeat & hic iterum ille cum omnibus iſtis, qui factuoſo ſupercilio Botanicam vel contemnere vel omninò negligere ſolent, miris, prout ſibi imaginantur, inſtructi arcanis chimico-Paracelſicis, ſolùm jactantes ſuas panacæas ſalinas, ſulphureas, mercuriales, aſas & phalejas, (facilè dixiſſem falalas) imò lapidem Philoſophorum, qui tamen nunquam à tot millibus artificibus exhibitus fuit, etiamſi multi multa blaterent de eo, eumque cœlum usq; attollant; Nihil dicam de auro potabili vero, quod æque tàm rarum apud illos eſt, quàm apud Codrum aureus acervus.

Moris

Moris recepti atq; communis eſt, ut, librarium edens partum, ſolicitus ſit de propugnatore atque Patrono, cujus ſub favore, tutela atque patrocinio feliciter is luce frui poſſit hacce: igitur & mihi incumbet Patronum eligere aliquem.

Quare ſub TE, TUÆQVE CELSITUDINIS, SERENISSIME PRINCEPS, GENIO tanquam tutelari DEO peroptat partus hicce meus, etſi non ad voluntatem & palatum ſit perfectiſſimus, omnique numero abſolutiſſimus, ſublitеſcere: In TUA unius poteſtate ſit, TIBI eum commendo, & ut commendem, neceſſe eſt (niſi ergò orbum clientem tuere, & ut tuearis valde ſubmiſsè etiam atq; etiam oro) & meritò quidem, nam impenſè literatis illorumque ingenuis ſtudiis ceu *Auguſtus Imp.* inter Illuſtres Heroës prioris ævi moribus faves antiquis: & conſtans fama non tàm ſanctiſſimis moribus, quàm verâ religione præcellentem TUAM SERE-

NISSIMAM CELSITUDINEM celebrat, non potui ergò non EANDEM maxima veneratione atque subjectiſſimo obſequio proſequi, quàm nihil ſit in terris optimo Principe dignius, nihil amabilius, nihil denique (ſi modo humanis divina conferre eſt fas) quod magis DEO ſimili dici queat. Verus namque Princeps ille eſt, qui ut dignitatis faſtigio, ita & virtute cæteris mortalibus præſtat, & qui talis agnoſcitur, is tanquam terreſtris Deus aut ſaltem Dei vices gerens inter homines ſuſcipiendus ac ſanctè pięque obſervandus eſt. Nimirùm SERENISSIMA TUA CELSITUDO multa oblectamenta in rei botanicæ cultura capeſſit, cujus indicium ſatis magnum certumque eſt *Hortus ille magnus* magnis comparatus ſumtibus, nec non variis tam domeſticis quàm exoticis ornatus herbis, quarum ſeriem non inconcinnè in copia benè magna quotannis condecorat *Majo-*

ranæ

rana pro Officina aulica, ex qua varia, eaque ſelectiſſima nec non utiliſſima præparantur remedia.

Cum autem SERENISSIMA TUA CELSITUDO me variis adauxit beneficiis, nihil erga SERENISS. TUAM CELSITUDINEM humillimæ ſubjectiſſimæque devotionis declarandæ præter hanc ipſam Panacæam vegetabilo-calidam ex Bibliotheca exigua mea depromere potui, quam etiam ad pedes, ſive potiùs infimum Throni principalis gradum ſuppliciter depono ſubjectiſſimè rogitans, ut vultu aſpiciatur ſereno, contra momos ac cavillatores defendatur & in patrocinium ſuſcipiatur. Quod nî faxit, proximum erit, ut ad Momi lucernam expoſitus, fiat epulum calumniæ, obtrectationis victima.

Equidem me non latet dare ignobile SUMME NOBILI, exiguum & parvum MAGNO ET EXIMIO: humile & levidenſe SUBLIMI ET PERGRAVI, non ſplendidum PERILLU-

STRI.

STRI. Quid? quod donum ſemper tanti eſt, & eſſe certè debet, quantus ejus animus, qui accepit, non qui dedit; illius eſt æſtimare, hujus negligere. (*legitur etenim Artaxerxem Perſarum Regem, cognomento Memorem, à quodam agreſti hauſtam cava manu ex proximo præterfluente aquam non tantùm comiter accepiſſe, verùm etiam phiala aurea ſtolaque perſica aliisque donis regalibus remuneraſſe.*) & contra momos, quibus ne ipſa ſalus quidem videatur ſaluti eſſe poſſe, ingens TUUM INGENIUM genium partui huic librario facilimè conciliabit patrocinantem. Hæc penſio ſumma & ſolida erit mihi, nihil amplius reſpicio, deſidero.

Eheu! proh Deûm hominumque fidem! objicient fortean nonnulli quid PRINCIPI SERENISSIMO cum re botanica? quid Illi cum commentariolo tali? Quibus id do reſponſum, nonne multa & præclara antiquorum Regum atq; Magnatum exempla

empla extant, quibus luculentiſſimè & ad oculum demonſtrari poteſt Eos artem botanicam præprimis & mirè excoluiſſe; etenim *Viro Principi nihil Medicina carius, nihil jucundius, nihil fructuoſius*, hacce in vita accidere potest.

Solus gentis humanæ Cuſtos paternus SERENISSIMAM TUAM CELSITUDINEM, Patriæ mihique quam diutiſſimè ſervet, ſoſpitet atque tueatur incolumem, atque omnium qui fuerunt, qui ſunt, quive erunt beatiſſimum: ita animo devotiſſimo humilimoque precatur atque exoptat

SERENISSIMÆ TUÆ
CELSITUDINIS

objectiſſimus ſervus
AUTOR.

Præ-

Præfamen.

Ad Lectorem Candidum.

VErba Cedro digna leguntur apud *Majolum.* Colloquio dierum canicularium 20. dum de Herbis ita ſcribit : *Herbæ ſanè omnes Naturam nobis commendant æq; ac reliqua creata omnia : multa ſunt ſydera creata, multa animantia, volucres, multæ quadrupedes, multæ ſerpentes, reptilia, multa inſecta, piſcesque innumeri, ut & lapides ac plantæ : at omnium horum ſimul generum numerus tantus non eſt, quantus in herbarum tantummodo generibus invenitur; quia ut in herbis divina magis eluceret ſapientia, nullus morbus, nulla debilitas, nulla neceſſitas in rebus eſt humanis, cui ex herbis non antidota non parantur & remedia, quia artificia ipſa orbi herbarum notione adaucta ſunt : incolumitas ſervata, aëris infectio per purgata, ſterilitas illata fœcundi-*

cundi-

cunditate sublata, venenis aliis ipsæ herbæ sunt venena.

Quæ cum ita sint, non displicuit DEO T.O.T.M. rerum omnium creatarum Conditori sapientissimo Adæ primo humani generis Propagatori herbarum cognitionem & facultatem infundere, dicit enim Gen. I. v. 19. en! *trado vobis omnes herbas sementantes semen, quæ sunt in omni terræ solo;* qui Adam dein communicavit ea, quæ novit, posteris.

Certè *Salomon* Regum sapientissimus sacrarum literarum encomio ita depingitur, dum dicitur I.Reg.IV.30. *sapientia Salomonis erat major, quàm sapientia omnium Orientalium, & quàm omnis sapientia Ægyptiorum.* Quantam Is rei herbariæ habuerit cognitionem, liquet ex illis, quæ scripta inveniuntur l. c. *v.33.* sic: *elocutus est etiam de plantis à Cedro, quæ est in Libano usque ad hyssopum, quæ proditè pariete.*

Omitto *Orpheum*, qui accuratissimè apud

apud Græcos ſcripſit, *Muſæum* & *Heſiodum* ab Ægyptiis edoctos: *Pythagoram*, qui primus volumina de Plantarum facultatibus compoſuit: *Hippocratem, Cratevam, Ariſtotelem, Theophraſtum, Dioſcoridem, Galenum, Plinium* & alios permultos.

Ovidius 1. Metamorph. Fab. 13. Apollinem tanquam inventorem Medicinæ & rei botanicæ ita eloquentem infert:

Inventum Medicina meum eſt, opiferq́; per orbem
dicor, & herbarum eſt ſubjecta potentia nobis.

Literis etiam conſignatum eſt plantas nonnullas ab inventoribus ſeu excultoribus nomina traxiſſe ſua: fertur enim Gentiana à *Gentio* Illyricorum Rege inventam: à *Lyſimacho* Macedonum Rege Lyſimachiam ita appellatam eſſe. Scordium habet inventorem Regem Ponti: *Mithridatem* imò omnes & ſingulas ſi hîc recenſere vellem, nimis excreſceret præfamen hocce.

Le-

Legimus apud *Ovidium* Poëtarum Principem 2. Metamorph. Fab. 4. Heliades Phaëtontis ſorores in arbores populeas (alba Herculi conſecrata eſſe creditur: ita enim infit Botanicus quidam: *fabulantur Herculem cum ad inferos deſcenderet, in ripa fluminis Acherontici albam populum inveniſſe, atq; ex ea coronam feciſſe ſibi, cujus pars foliorum exterior ob inferiorum locorum caliginem facta eſt nigra, manſit poſt inde conſuetudo, ut ſacra illa arbor Herculi putaretur*) mutatas, dum earum transmutatio ita deſcribitur.

Illæ more ſuo, (nam morem fecerat uſus)
plangorem dederant: è queîs Phaëtuſa ſororem
maxima, cum vellet terræ procumbere, queſta eſt
diriguiſſe pedes: ad quam conata venire
candida Lampelie, ſubita radice detenta eſt.

Tertia

Tertia cum crinem manibus laniare pararat
avellit frondes: hæc stipite crura teneri,
Illa dolet fieri longos sua brachia ramos.
Dumq; ea mirantur, complectitur ingvina cortex
perq; gradus uterum, pectusq; humerosq; manusq;
ambit & extabant tantùm ora vacantia matrem.

& Narcissi (quæ herba Baccho non ingrata ob tarditatem ingenii ebriosorum) transformationem 3. Metamorph. Fab. 7. ita depingit:

-- -- croceum pro corpore florem
inveniunt foliis medium cingentibus albis.

Idem 3. Metamorph. Fab. 6. celebrat originem Hyacynthi, dum ita canit:

Talia dum vero memorantur Apollinis ore

ecce

ecce cruor! qui fusus humi signaverat herbas,
desinit esse cruor. Tyrioque nitentior ostro
flos oritur, formamque capit, quàm lilia, si non
purpureus color his, argenteus esset in illis.

Quantum honorem attribuêre Antiqui majoranæ, sequenti indicarunt historia: *Amaracus* Cynari Regis Cypri puer, qui casu lapsus, dum ferret ungventa fregit alabastrum, deinde qvùm nimio contabuisset dolore, versus est in sampsuchum, quæ ex ejus nomine cœpit amaracus appellari, teste Calepino in dictione Amaracus.

Hermolaus Barbarus refert ex Servio Grammatico sequentia dum l. 1. corollar. c. 70. dicit: Puer fuit ungventarius Amaracus, qui casu lapsus majorem ex confusione odorem creavit.

Virgilius Poëtarum Rex etiam ho-

norificè meminit Amaraci, dum I. Æneid. pag.m.139. ita canit:

ubi mollis amaracus illum
floribus, & dulci aspirans complectitur umbra.

Vulgo notum tritumque est proverbium, quod ita sonat: QVID CUM AMARACINO SUI: de quo *Erasmus* Chil. 1. cent. 4. Proverb. 38. hæc habet; cum ungventum & oleum amaracinum sit suavissimum & odoratissimum, contrà sue nihil immundius, nihil sordium amantius. Quamobrem dixit *Virgilius: immundi meminere sues:* præterea *Flaccus: vel amica luto sus:* &: *Lutulenta ruit sus.*

Nihil profectò minus convenit rostro suillo, quàm deliciæ ungventariæ: quippe cui id dulce tantum olet, quòd cœnum olet. Maximè quod inter ungventa peculiari quadam Naturæ proprietate amaracinum inimicum est suillo generi, ita ut illis veneni instar sit, siquidem

cre-

credimus *Lucretio*, cui in 6. l. hi sunt versiculi:

Denique amaracinum fugitat sus & timet omne
unguentum, nam setigeris subus acre venenum est.

Suem autem olim Ægyptii bellum usque adeò spurcam ducebant. Ut si quis vel transiens contigisset, continuò properaret ad flumen se pariter ac vestem abluturus. Subulcos etiam indigenas adeò invisos haberi, ut nec in templa recipiantur, nec ad matrimonium aut affinitates admittantur. Autor est *Herodot.* l. 2.

Ad hoc adagium allusisse videtur M. *Tullius* cum ait: *Illi Alabastrus unguenti plena putet.* i. e. optima pro pessimis displicent.

Herba *Peruana mirabilis & Cuambu* nobilis planta est, nominibus non solùm pro regionum diversitate, sed colore & odore quoque varians. Nativa hæc est *Americæ* continenti, & in glebosis saxosisque terris spontè luxu-

luxuriat. In *Peruvia* tamen, quoad nomen & culturam celebris; unde in *Europæorum* hortos translata, ob florum nobilitatem ab ipsis rei botanicæ ignaris excolitur, qualitatibus suis medicis radix gaudet. Eam *Peruviani Hachal-Indi*, *Latini* mirabilem *Peruanam* dixerunt. Caule firmo succulento, subflavo, geniculato in fruticis altitudinem exsurgit, ex quo ramuli nodosi proveniunt, circa quos nodos folia bina adversis pediculis nascuntur, foliis siliquastri vel solani similia. Flores è summitatibus ramulorum quinquangulares, longi, concavi, convolvuli floribus similes, exurgunt: tanta colorum elegantia & diversitate certantes, ut vel purpurei, vel nivei, vel flavi, imò binis coloribus inter se mixtis elucescant, atque odore suavi narcissum nonnihil æmulentur. Quapropter non mirum, si seplasiarii, ignorantes vim medicam radicis ex ipsis floribus colorem extrahere malint, & mixtu-

ras inde confectas, mulierculis pro coſmeticis carè divendant. Hæc Tilling. ex Nard. An. Reſch. Rer. Medic. Nov. Hiſp. l. 8. c. 29. & aliis nonnullis.

Nos Indis nidarum plantarum ſpecies pro nunc relinquimus, quæ tamen certè non contemnendæ, ſed miris extollendæ laudibus ſunt.

Cum verò *Amaracus* tam præſtans tamque præpollens variis viribus plantula ſit, non immeritò me feciſſe mihi videor, ſi hanc nobilem plantam, quæ nunc fermè cunctis nota eſt rationalibus, L. C. examinatam ulteriusque examinandam exhibeo.

Bonus qui erit, & cujus rectum non adulterum judicium, multa hîc deſiderabit, multa obeliſco digna reprehendet, cujus judicium adeò non defugio, ut minimè limam detrectem. Feci, quantum potui. Plura melioraque ſi habebit, ea mecum communicare haud gravatim velit,

eſt quod obnoxiè rogito efflagitoque; hoc ſi impetravero, omni mea ope contendam atque elaborabo, ut mea quoque officia & ſtudia, licet eximia magnaque haud fuerint, ab animo gratiſſimo profecta videantur. Valeat Lector amandus, & me ex ſincero cordis favore amare non deſinat. Römhildæ

AUTOR.

I. N.



I. N. I. A. N. O. M. A.

Prodromus.

C*OElesti vigore*, inquit Tillingius lilii curiosi pag.m. 1. *plenæ habendæ sunt plantæ, potentissimum etenim illum rerum omnium Creatorem declarant*, ita namque ait Poëta quidam: *& levis est cespes, qui non probat esse DEUM.*

Miremur hoc, quia illum non videmus, sed per eas, plantas intelligo, quas miremur, amemus, quem non videmus. Religionis summa est, imitari quem colimus. Nulla in toto terrarum orbe conspicitur, etsi sit summè fera, quæ non etiamsi ignoret, qualem habere Deum deceat, habendum tamen, & omnibus præfe-

rendum non censeat. Ejus perfectio tanta, ut si omnes res sublunares calami essent scriptorii, si omnes aquarum guttæ essent atramentum, si cœli omnes essent libri, ne unica quidem perfectio dignè posset describi.

Sunt itaque vegetabilium Scriptores non pauci, qui modò hanc, modò illam, alii iterum aliam summis exornant laudibus atque encomiis plantam.

Guilielmus Piso Hist. nat. & Med. l. 14. c. 30. inter alias celebrat eam, quæ CAMARA TINGA vocatur, *hæc superat odore mentham, dignaq; sanè est, ut etiam sativa inter numeretur, & à quolibet exedatur non tantum pulcritudinis sed & usus ratione.* Ast majorana huic nil cedit.

Mulieres in India floribus Magori ita delectantur, ut iis ipsis se non modò exornent, verùm etiam propter odoris suavitatem magni vendant. Aqua ex floribus destillata est præstantissima, maximè cordialis, adhibent enim eam con-

tra lipothymias frequentes, & alia symptomata, febres ardentes malignasque insequentia: uti etiam ceu epithema percelebre contra dolorem capitis in continuis febribus accommodatissima est hæc aqua. Uti refert *Bontius* in histor. natur. & Med. Indiæ orientalis l.4.c.46. Majorana nostra certè odore gaudet non insuavi; Nonne multi eâ utuntur contra cordis passiones summo cum fructu, nonne abigit dolorem capitis etiam immanissimum?

Plures excolunt herbam, Granadillam; hæc *hederæ similis est, eodemque modo scandit & repit, quocunq; ponatur loco, Florem habet rosæ albæ persimilem, in cujus foliis veluti aliquæ passionis Christi delineatæ conspiciuntur figuræ, quas magna diligentia isthic pictas existimemus.* In summitate nimirum floris (1) clari, in flore aperto contorti, & atris punctis maculati, quasi sangvine infecti Christi è cruce sublati videntur. (2) Fructus rudimentum in flore spongiam repræsentat. (3)

Stella in semiaperto flore significat stellam Magis præeuntem, in aperto verò flore quinque hæ particulæ significant quinque vulnera. (4) Basis fructus & pediculorum columnam figurat. (5) Filamenta fustibus sangvine perfusis assimilantur. (6) Circuli illi purpurei in filamentis coronæ spineæ sangvine madidæ simulacra sunt. De hac *Renatus Rapinus* hortor. l. 1. sic egregiè cecinit:

Mensibus his nostros etiam granadilla per hortos
floret, Amazonii quam litore fluminis ortam
ad nos extremo Peruvia misit ab orbe.
Flos altè incisas crispato margine frondes
caule in sublimi vallo prætendit acuto,
spinarum in morem: patiens ô Christe tuorum
inscriptus foliis summa instrumenta dolorum.

Nam

Nam surgens flore è medio capita alta tricuspis
sursum attollit apex, clavos imitatus aduncos.

Ideò autem planta hæc cunctis commendanda & excolenda esse debet à rationalibus, quia, uti dictum, instrumenta nonnulla ac signa passionis Domini nostri Jesu Christi Salvatoris nostri unici repræsentat.

Indi, licet summo in honore habeant CHAMPE, quibus floribus ob odoris suavitatem ungventum illud nobile, ab ipsis Borborii dictum, quo caput non solùm, verùm etiam totum fermè corpus perungunt, se exornant, nunquamque in publicum prodeunt, seseque coaspici permittunt, nisi flores istos vel capillis internexos, vel capiti tantùm impositos, quo gratiores vel maritis, vel amatoribus videantur, habeant; Offerri etiam Regibus solent. Uti refert *Francisci* in Sinesischen Lustgarten.pag. 627. Attamen Majorana nostra flo-

res hoſce multis poſt ſe relinquit paraſangis, quippe illi capitis affert dolorem inſuetis, hæc verò minimè.

Sedum arboreſcens, uti habet *Tillingius* pag. 7. Lilii curioſi, in India frutex eſt non in ſolo creſcens, ſed arboribus mangiferis, aut quercus cujusdam ſpeciei, quàm Indi Riati vocant, affixa non ſecus ac viſcus apud nos, qui tamen in dictis arboribus non deeſt. Planta ſeu frutex hic eſt foliis oxalidis ſaporis, oblongis, qualia ſunt perſicariæ, ſed craſſioribus longè & ſucculentioribus, qualia ſunt ſempervivi illius folia, quod apud nos in tectis naſcitur. Radices edit mirabiles, teretes, ex quibus fibras demittit, quæ vel lapidem vel arborem apprehendunt, & ſine limo vel terra ſic affixa creſcunt magnitudine glandium, forma & figura tali, quali eſt manubrium haſtæ vel lanceæ, quibus Perſæ & Turcæ equites etiamnum utuntur; florem profert par-

parvulum, anagallidis flori ſimilem, ſed album, & tam aromatici odoris, citri æmuli, ut in vita nihil quicquam odoratius naribus percipi queat.

De quo flore elegantiſſimè cecinit *Jac. Bont.* Hiſt. Nat. &. Med. l. 6. c. 36. ita:

Roſa vale & violæ, quas Arcticus orbis adorat;
Nam melius multò complentur odoribus auræ
Flore hoc ſedifero, quem dives Java virentem
Oſtendit, diris pellit contagia morbis;
Ac guſtu Oxalidis gratum diffundit acorem,
Et ſemper toto viridis ſpectatur in anno.
Scorpius hanc plantam non tangit araneus unquam;
Antidotum hinc Medicis adverſus dira venena.

Alias multas & fermè innumeras ut taceam, easq; Botanographis Neoteri-

tericis relinquam, nos MAJORANAM noſtram, quæ ubivis locorum fermè nota, eligimus, hæc etenim nulla carere vult laude, dignaque eſt, ut maximis celebretur encomiis; herba ſiquidem eſt jucunda, delicata, nobilis & ſummæ utilitatis, quam qui poſſidet, facilè varia, multipliciaque adverſus quamplurimos morbos exin præparabit arma, tuta, firma, & ſumme munita aſyla.

Hanc itaque penitiùs examinare, & ad Experientiæ-ratione ſuffultæ medicæ incudem revocare conaturus meritò & ante omnia DEUM T.O. T.M. ſupplicibus ardentiſſimisque precibus ex imis cordis penetralibus pronatis invoco, ut divinam benignamque ſuam favoris auram conatibus hiſce meis adſpirare velit, quô labor hic, qualis qualis etiam ſit, in nominis ſui divini gloriam, proximi verò utilitatem ſanitatemque tam præſentem conſervandam, quàm amiſ-

amissam restituendam cedere queat. Sit itaque

Caput I.

Quod exponit Majoranæ Etymologiam, Paronymiam & Synonymiam.

CUm MAJORANAM nostram cunctis commendare velim rationalibus, initiò verba illa *Scaligeri* mihi occurrunt, quando *Exercit. 1. sect. 1.* sic scriptum reliquit: oportet priùs vocis usum sive etymon cognoscere, à quo sæpè in rei notitiam seu perceptionem vehimur. Nomina etenim rerum indagasse scribit *Schröd. l. 1. Pharmac. med. chim. c. 37. pag. m. 86.* non parum ad rei cognitionem juvat: nam præterquam quod nomina rerum notæ ac imagines sunt, earumque conceptus ac figuras phantasiæ imprimunt; utplurimùm

certis de causis imposita esse constat.

Quibus permotus verbis originem vocis eruere, quantum ingenii vires valent mei, operæ pretium duxi, tentando

Quid humeri valeant, quid ferre recusent.

MAJORANAM si quis *à majore* denominare velit, per me licet, etenim signaturam ejus quoad, repræsentat majorem, id est, principaliorem corporis humani partem, quæ caput est.

Renodæus l. 1. sect. 4. c. 3. dicit majoranam ideò, vel quia majore cura asservanda, vel à Maro secundum Dodonæum.

Sunt, qui nominant eam *trifolium agathides*, quasi dicere volunt trifolium præstans & excellens sive glomeratum, quia aliis multis præstantior majorana herbis, de qua præstantia infrà & in summo quasi conglomerata videtur.

Aliqui

Aliqui intitulant eam *Acapnon*, quasi fumum non edens, quod tamen minus rectè, etenim si carbonibus injicitur vivis sive ignitis, fumum procreat certè non contemnendum, uti quilibet experimentum facere potest, verùm simpliciter & per se fumum non edit.

Alii dicunt *Myuron* innuentes majoranæ extremitates esse quasi decurtatas, quod utplurimum consentit cum summitatibus flores nondum exhibentibus, aut quia sæpissimè decerpitur & abscinditur, ne in flores prorumpat: vel, quia radices ejus admodum tenues, exiles & quasi decurtati sunt.

Dicitur etiam *Isidis genitura*, fortean quia Antiqui Poëtæ fabularunt, majoranam ex Iside Ethnicorum Dea progenitam fuisse; vel, quod illa ipsa Dea majoranam valdè amare, excolere & odorare consuevit. Isis autem quæ, & cur in vaccam transformata ac tandem in deastrarum numerum

recepta

recepta fuerit, videatur apud *Ovidium l. 1. Metamorph. Fab. 15.* ubi inter alia sic canit:

inque nitentem
Inachidos vultus mutaverat ille Juvencam.

Et 19. ita:

Ut lenita Dea est vultus capit illa priores,
Fitque, quod antè fuit, fugiunt de corpore setæ
Cornua decrescunt, fit luminis arctior orbis,
Contrahitur rictus, redeunt humerique manusque
Ungulaque in quinos dilapsa absumitur ungves.
De bove nil superest formæ, nisi candor in illa,
Officioque pedum Nymphæ contenta duorum
Erigitur, metuitque loqui, ne more juvencæ
Mugiat, & timide verba intermissa retentat,

Nunc Dea linigora colitur celeberrima turba.

Vel, quod verisimilius videtur, in insula quadam, Isis nominatâ, primò conspecta fuit majorana, de qua insula Calepinus ita scribit: quod sita sit in sinu Arabico.

Cur autem dicatur *Thrambe* à Pythagora, à Magis *sacerdotis asinus*, conjectare non valeo, ideoque id, quod multis aureorum millibus redimi nequit, in hisce appellationibus eruendis consumere perdereve neque volo neque cupio: nihil enim refert, etsi talia critica nobis haud manifesta fiant.

Nominatur etiam *Almarasion*, *Almarus*, *Amaris*, *Amarum*, *Amaratus*, *Amaritu*, *Amaratrum*, *Liquamena*, *Marzangit*, *Meureu*, *Mergengum*. *Nezenus*, *Olibiur*. *Serupio* dicit *Merseni*. *Siculi* teste *Diosc. l.3. c.42. Amaracum*. *Græci* nominant ἀμάρακον, σάμψυχον, ζόβμον. *Italis* audit *Maggiorana*, *Majorana*. *Gallicè majorlaine ou majonne*.

Anglicè

Anglicè ſonat *Majorain.Hiſpanicè Amaradux Majorana. Hetruſcis Perſa.*

Inſignitur præterea à Botanicis aliis etiam nominibus: *Matthiolo* & *Tabernæm.* eſt majorana tenuifolia. *Dodon.* marum vulgare: quàm exactè verò ita dicatur, non video, quia ex mente *Renodæi* clinopodium alia eſt planta. *Fuchſius* habet amaracum ſive ſampſichum. *Lobelius* dicit majoranã delicatiorem. *Camerarius* vocat amaracum ſylveſtrem annuam. *Baubin.* & *Dioſcor.* eſt majorana vulgaris. *Gerhard.* amaracus major. *Marcellus Virgilius 3. in Dioſc. c. 146.* ita infit: etſi antiquiſſimi ſcriptores amaracum parthenium etiam vocarunt, cum tamen parthenium ex mente *Hermolai Barbari l. 3. c. 585.* naſcatur in ſepibus, majorana verò in hortis colenda veniat, ut facilè menda antiquorum librariorũ hîc accidere potuerit, cum hoc pro illo poſitum fuit; uti etiam ipſe monet Autor modo citatus eod. in loco.

Ger-

Germani ut varias habent dialectos, ita etiam varia accepit nomina ab iisdem, qualia ſunt Majoran / Maſeran / Maſeron / Meyran / Meyron / Meylan. *Belgis* eſt Meylon. Quæ tamen cuncta ex latino deſumta eſſe videntur idiomate.

Caput II.

Deſcriptionem, Naturam & Signaturam exhibet Majoranæ.

VAria Majoranæ nomina præpoſita & partim explicata meritò excipit ejusd. natura, quæ accuratiùs rimanda & exponenda, ideoq; à definitione ſive potiùs deſcriptione ipſius majoranæ initium facimus.

Eſt itaque *Majorana herba caulibus ſparſis, lignoſis, quadratis, & ex albedine rubentibus cum virore mixtis ſine odore fermè, foliis parvis, duriuſculis ex viriditate albicantibus, lanuginoſis, ſe-*

ptem

ſeptem nervis utplurimum ditatis & benè olentibus conſtans, floret Julio & Auguſto, circum capitula floſculis albis & parvis, quatuor cuſpidibus ſerræ ad inſtar dentatæ exiſtentibus, & intra folia emergentibus capitulorum, tandem tabeſcentibus, quos inſequitur ſemen fuſcum vel nigrum, frigoris & hyemis inclementiam non ferens.

Dioſcor. l. 3. c. 42. ita depingit: Πόα δέ ἐστι πολύκλυνος ἕρπουσα ἐπὶ τῆς γῆς, φύλλα δασέα, καὶ περιφερῆ ἔχουσα ὅμοια τῆς λεπτοφύλλου καλαμίνθης. h. e. herba fruticoſa ſampſuchum eſt, ſerpit per terram, hirtis & circinatis foliis tenuifoliæ ſimilibus.

Hermol. Barbar. l. 3. c. 471. ſemen ei copioſum, odor molliter jucundus, radix arida, tellure ſumma hærens, multifolia, floret æſtate non omnis, ſed quam Phrygiam cognominant.

Serap. Aggregat. c. Merzen depingit majoranam ita: eſt herba habens virgas extenſas ſuper faciem terræ in

ſuo

ſuo ortu, & habet folia rotunda, ſuper quæ eſt borra ferè ſimilia foliis calaminthæ, habentis folia ſubtilia, & habet odorem bonum.

Johan. Frider. Helvet. Amphitheat. c. 5. recenſet eam inter herbas Venereas, quas ibidem depinxit tàm quoad faciem externam, quàm quoad internam quoque proprietatem, ad quem L. C. remitto. Et Xiſch herbarum inter cephalicas.

Johann. Schröd. l. 1. Pharmac. Med. Chim. c. 9. ponit illam ipſam inter res ſolares, Mercurialesque & dicit eſſe in gr. 4. ♈.

Michael Toxites majoranæ varias adſcribit aſtrorum influentias ſive imperia, inter alia ita infit: Radici majoranæ præeſt ♒, ♄, ☉, & ♂, ♄ dat colorem, ☉ calorem, ♂ acerbitatem, calida & ſicca eſt in gr. 2. Cauli præeſt ♈, ♀ & ☉, ☉ calorem, ♀ colorem, calid. & ſicc. in 3. gr. Folia dicit eſſe ſubjecta ☿, ♀ & ☉ ac ♃. ♀ illis attribuere colorem, ☉ caliditatem & ſiccita-

tem,

tem, ♃ odorem bonum ſaporemque ſuavem, calida eſſe & ſicca ad 3. gr. Flores ♋, ☽, ☉ & ♃, ☽ dare colorem, ☉ calorem & bonitatem, ♃ odorem ſuavem. Semini dominatur ♒, ♄ & ☉, hic largitur calorem, ♄ colorem, quoad calidum & ſiccum ad gr. 4. judicat, En! accuratiſſimum influentiarum diſtributorem & adjudicatorem.

Certè ſi plantæ & herbæ quamplurimæ gaudeant ſignaturis (uti videre eſt apud *Crollium*) non atramento ex mente humana, ſed ab ipſiusmet Altiſſimi rerum omnium Creatoris digito exaratis; majorana noſtra inter alias etiam tali donata ditataque eſt privilegio: ſummitates enim ipſius ſi conſiderentur, floribus nondum apparentibus luculentiſſimè ante oculos, ſplendebit figura capitis, ideò omnes capitis defectus ab humida frigiditate ortos ſignaturam ob hanc curare creditur, ea ipſa majorana noſtra nunquam ſatis laudanda.

CA-

CAPUT III.

Genera ſive Species Majoranæ enumerat.

TAbernam. part. 2. ſect. 2. c. 1. quatuor conſtituit genera. *Primum* vocatur majorana major, quæ prædita eſt caule lignoſa cum ramuſculis plurimis, foliis, parvis, rotundis, ex albedine vireſcentibus, floret capitulis viridibus, ſquamoſis, ex quibus emergunt floſculi albi, parvi & tenues, quos ſemen parvum & fuſcum inſequitur, radicem habet lignoſam, multisque circumdatam fibris. *Secundum* vocatur ipſi majorana anglica, quæ eandem fermè habet faciem exceptis floſculis ſtellatis, & quinque foliis tenuibus, quæ in media caulis ſummitate exurgunt & quaſi congregatim exiſtunt. *Tertium* eſt majorana tenuifolia ſimilis ferè primo, præterquam quod folia hujus ſunt

an-

anguſtiora, odor fortior, inde & nominatur majorana nobilis. *Quartum* eſt equimajorana, prioribus ſimilis, diſcrepans tamen ab iisdem caule villoſo.

Hieron. Trag. part. 1. *c.* 9. Herbarii duo recenſet majoranæ genera his propèmodum verbis: duæ herbæ dicuntur Germanis Majoran: præcipua & nobilis eſt parva, tenuifolia, obſcura, cinerea, tenuis & mollis, floribus perparvis & albis, quæ æſtivalis eſt: altera eſt ſylveſtris & hyemalis, foliis, caulibus, & floribus latioribus, longioribus, craſſioribus & majoribus conſtans.

Johann. Schröd. Pharmacop. Med. Chim. l. 4. *c.* 197. etiam conſtituit 4. genera his verbis: Majorana eſt 1. peregrina, de qua agit ſub titulo Marum. 2. ſativa latifolia vulgaris, quæ præfertur. 3. ſativa tenuifolia minor & 4. ſylveſtris.

Johan. Renod. l. 1. *de mater. med. ſect.* 4. *c.* 30. duo recenſet, quando dicit: porrò

porrò majorana vel frigoris impatiens eſt, vel patientiſſima; hæc hyemalis dicitur, & inter nives medias innoxiè viret, illa æſtiva & algidioris brumæ cujusdam occurſu perit.

Cum paulò ſupra mari mentio fuit facta, non immeritò hic quæſtio diſcutienda venit; an nimirùm *majorana noſtra cum maro ſit una eademq; herba, an verò diverſum quid ab ea?* Nos variorum proponamus Autorum ſententias, & quidem I. *Julii Alexandrini*: qui lib. 6. de ſimpl. Galen. pag. m. 699. dicit: qui amaracum & ſampſuchum idem eſſe contendunt, caput hoc inſcriptum à Galeno de maro volunt fuiſſe, quod de ſampſucho in ſequentibus capite proprio tractatur eadem re cum amaraco (majorana nimirum noſtra.) Crederem facilè ac libenter, ſi nullo tradita nobis à Galeno fuiſſent hæc literarum ordine: ut enim in diſperſis poſitis nullaque alphabetica ſerie capitibus potuit librarii culpa, vel negligentia

etiam,

etiam, interdum verò temeraria quadam animi voluntate pro uno ſcribi aliud: ita non ſanè facilè in capite ab A. litera incipientia pro amaraco marum venire potuit, quod M. principium habet. Quod ſi non omninò eadem res ſit amaracum & ſampſuchum, attamen ſimilima ſunt, calida æqualiter, ordine tertio utraque: amaracum ordine uno minus deſiccans tantùm utiq; ſecundo, ſampſuchum tertio. Et pro majorana tamen habere utrumque poſſit non ineptè, ideò quod non in ſolo hoc herbæ genere variare inter ſe ſpecies quædam calefaciendo aut exiccando plus minus ſoleant, figura tamen interna ac rerum facie perquam ſimiles.

II. *Galen*. 1. de Antidot. ita ſentit: Aliæ, ſupple deſcriptiones; coafeſtionis Hedychroi neque marum neque amaracum prorſùs habent; quædam alterutrum tantùm continent, neque enim duo hæc omnes ungventarii noſcunt, eò quod herbas ſolùm Cre-

tæ

tâ advectas emant, & earum ſemina atque ſuccos: ego verò & has duas herbas ſcio in Aſia naſci, ac in aliis quidem regionibus raras eſſe, ſed in Cyzino frequentes: in Italia quoque ut alias quasdam herbas, ita & amaracum vidi, qui odore multum à maro ſuperatur, marum enim valdè redolet.

Placet hîc iterum citare verba *Julii Alexandrini l. 3. de compoſ. med. per genera, pag. m. 758.* quæ ita ſonant: non quod odoratum non ſit amaracum quoque, eſt enim, ſed odoris non boni, præſertim ſi cum maro conferatur, à quo odoris bonitate utplurimum vincitur: de hoc enim ſic ſcriptum invenitur à Galeno 1. de Antidot. ἀπολείπεται τὸν φυτὸν ἐκ τοῦ μάρου πάμπολυ κατὰ τὴν εὐωσίαν, ἱκανῶς γὰρ εὐῶδες τὸν μάρον. i. e. benè enim odorum marum eſt, quod amaracum non eſt: idem ut mihi quidem videtur prorſus quod his, nam cum cinamomum, dictamnum & marum benè

odorâ nempe εὐώδη & tenuium partium esse dixisset, de amaraco addit, τὸ ἀμάρακον ὂν οὐκ εὐῶδες. Doctores Patavini viri doctissimi quam hîc dictorum à Galeno repugnantiam viderunt, ego non video: visum autem sibi in eo, quod in de Antidotis amaracum valdè redolens faciat, hîc verò non boni odoris, ita diluunt, ut in hoc libro parthenium pro amaraco accipi debere contendant, scriptum namque reliquisse Galenum parthenium à quibusdam amaracum pariter vocari consuevisse, in de Antidotis verò amaracum sampsuchum ipsam ac majoranam esse, sed qvùm hîc & ibi eadem penè dicantur, omnia de utroque faciliùs sibi persvaserit aliquis easdem potiùs existimandas herbas has esse, quibus de hîc & ibi scripsit, quàm diversas.

III. *Dioscorid. l. 3. c. 44.* hæc habet: Μάρον ἢ ὑσσόβριον πόα γνώριμος βεργανῶδες: ὁμοία τῷ ἄνθει ὀριγάνῳ, τὰ μὲν φύλλα πετελευκότερα πολλῷ, καὶ τὸ ἄνθος

ἄνθος εὐωδέστερον. h. e. marum nota omnibus herba est fruticosa, origani flore, multò tamen candidiora folia ejus & odoratiores flores.

IV. *Hermolaus Barbarus 3. Coroll. c. 421.* de maro ita scribit: de maro Plinius inter odoramenta sic loquitur: in Ægypto, inquit, nascitur marum pejus, quàm Lydium, majoribusque foliis ac variis, illa brevia, minuta odora; Lydium marum Plinio fortassis fuerit, quod Dioscoridi magnesium, cum sit Magnesia Lydiæ civitas penes Sipylum, cui vicina Caria est, in qua Tralles, ubi marum quoque nascitur. Et paulò pòst. Habent & Arabes suum marum, sed penitùs diversum & magnis ambagibus impeditum.

V. *Camerarius l. 3. c. 43.* diversum quidem de maro posuit caput, dicit enim, de maro variæ sunt opiniones, de quibus alio loco, unum monendum censeo, Matthioli marum ex regionibus calidioribus, præcipuè verò

ex Syria advectam speciem majoranæ esse, etenim marum & majorana propè eadem sunt, alii volunt herbam odoriferam in Gallia pronatam ac plerumque Mastik nominatam marum esse.

VI. *Guilielmus Rheginus Exerc. medic. pag. m. 158.* ita infit: marum amaraco simile nisi esset odoratius ex Galeni sententia, herba surculosa est, vulgò cognita, flore origani sed odoratiore, foliis multò candidioribus.

VII. *Hieron. Tragus l. 1. c. 9.* sic scriptum reliquit: si quis sententiam haud carpere velit meam, affirmem, majoranam nostram sub c. 44. l. 3. Diosc. comprehensam esse, ubi de maro agitur.

VIII. *Renod. l. 1. de mater. medic. sect. 4. c. 30.* ita habet: majorana & marum seu hysobrium sunt unica planta, uti Dodon. ex Diosc. colligit.

IX. *Joh. Schröd. l. 4. Pharmac. med. chim. Class. 1. c. 209.* ita: marum est plan-

planta exotica majoranæ in facultatibus & figura ſimilis, adeò ut pro una eademque herba à nonnullis habeantur.

X. Archiater Ducalis Saxo-Gothanus ille *Dn. Daniel* Ludewig. p. m. Compater atque Amicus, dum in vivis adhuc erat, ut honoratiſſimus, ita faventiſſimus (ut ita loqui liceat) paucis de maro diſſert. Pharmac. 1. p. m. 612. ita ſentit: marum ſanioribus jam pridem expunctum eſſe.

XI. *Raimund. Minderer Aloëtar. c. 2.* ſic hac de re dicit: Revera marum amaraci ſpecies eſt nobilior, unde aliqui amaracum majoranam magnam, marum verò alteram nobilem & quàm maximè odoram ſtatuunt.

XII. *Job. Jonſton. Notit. reg. vegetab. pag. m. 195.* ita differit: marum ſeu ὑσσωπον ſurculoſa flore origani ſed odoratiore, foliis multò candidioribus majoranam eſſe volunt. L. C. ſe non commovebit ſi verba Pet. And. Matthiol. l. 3. Herb. c. 43. hîc inſero,

quæ ita sonant: Diß Kraut Marum ist wenigen bekandt. Der Hochgelahrte Jacobus Antonius Corthusus hat mirs von Padua zugesendet: Es hat weißgraue dünne Blätter/die sind kleiner deñ des Majorans/ unten breit/oben aufgespitzt / am Geruch sehr lieblich / am Geschmack scharff / bringt dünne holtzichte Aestlein / und Purpur-weise Blumen / es wächst in Asia und Egypten / von dannen es auch obbemeldtem Jacobo erstlich zukommen ist. Camerarius & hoc addit: Eines habe ich nicht unterlassen wollen zu erinnern / daß dis Auctoris Marum eine schöne Art aus den hitzigen Ländern fürnemlich aus Syria gebracht / der Majoranæ wol seyn kan/ wie dann Marum und Majorana nicht weit von einander seyn. Andere wollen / das gar wohl riechende Kraut/welches man in Franckreich gern pflantzet/ und gemeiniglich Mastik nennet/für das Marum halten / aber Dodonæus hält es für ein Clinopodium. Aus Syria aber pflegt man ein Kraut unter diesen

Nahmen zu bringen / welches / wie es Dioscor. beschreibet / dem Serpillo recto nicht ungleich ist / iedoch liegen die Stengel auff der Erden / die Blätter sind wie an Majoran / riecht gar lieblich und starck / welches etliche Gelehrte für den rechten Sampsuchum halten.

Ut autem quæstio hæc solvatur, placet verba *Marcelli* hîc annectere, dum 3. in Dioscorid. c. 42. ita scriptum reliquit: magni in historia plantarum refert, quos scriptores & quibus temporibus scribentes aliquis sequatur: & quæ diversis locis iisdem aut aliis nominibus appellentur observasse: nisi enim id fiat, geminari aliquando & augeri in numerum contingat, quæ unum sunt, & quod idem natura, aut paulò diversum ubique fecit, aliud videri, eaque ratione, confundi intellectum, & misceri rerum historiam, nec nostrum est, ut in Bucol. Eclog. 3. circa finem: tantas componere lites: fieri enim potest, ut quod idem & congener sit non

tam quæ diverſis locis aliter atque aliter nominatur, quàm quod diverſis locis natum diverſas vires habet, diverſum in Medicina & hiſtoria cenſeatur: duplexque ſcil. ſampſuchum & amaracum fecerunt Græcorum Medici, quod unum idemque eſt genere, quoniam non idem viribus & natura diverſis locis proveniens eſſet, diverſiſque gentium appellationibus ad conſtituendas diverſas earum vires uſi fuerint; non duas in natura, diverſis locis proveniens eſſet, diverſiſque gentium appellationibus ad conſtituendas diverſas earum vires, uſi fuerint: non duas in natura plantas, ſed in una diverſas nominibus illis vires intelligentes. Et paulò poſt ita ſtatuit: Nec ſi quis Veterum Græcorum Latinorumque hiſtoriam & Medicinam diligenter perſcrutabitur, aliter judicio noſtro de his colligere ratiocinarique poterit, præſertim nullam ex profeſſo amaracum, docente Dioſcor. quod relinquen-

dum

dum in quotidiani uſus planta, tamque ob odoris ſuavitatem amabili diligentiſſimo homini non fuerat. Cui à principio adjectæ in ſampſucho tam multæ appellationes, nullam habent nobis rationem aut cauſam, nec nos ab eo commentariis ſuis additas credimus, ſed per tempora illi accreviſſe, quodque hîc poſuerit ſampſuchum tantùm fuiſſe, tum in bonitatis cenſu Cyzicenum & Cyprium cæteris omnibus antepoſuiſſe: mox ab eo Ægyptium laudaſſe & à Cyzicenis & Siculis amaracum vocari. Miremur in hoc etiam Barbarum, qui à Cyzicenis & Siculis non amaracum, ſed amaranthum vocari ſampſuchum dixerit, præſertim docente id, tam multis locis Plinio.

CAPUT IV.

Monſtrat locum natalem, culturam ac colligendi tempus.

LOcum natalem ſibi eligit majorana noſtra viridaria hortorum cultiſſima, lætior tamen provenit in ſolo umbroſo ſtercorato & humido.

Mediolanum copioſiſſimè profert herbulam noſtram, inde & fortaſſe ad nos pervenit. *Plinius l. 21. H.N. c. 22.* ſcriptum reliquit hæc: ſampſuchum in Cypro laudatiſſimum & odoratisſimum oriri.

Colitur à virginibus utplurimum, propter adoleſcentes & amatores, quibus ſuaviola & corollas majorana ornatas mittunt: omnes etiam matresfamilias majoranam plantare atque alere debent ob inſignem uſum & ſuavitatem, quam eſculentis & intinctibus aliisque nonnullis, de quibus capite

capite ultimo agendum, conciliat, & varia remedia inde componenda, ut ægritudines ingruentes aut præcavere aut abigere inque fugam conjicere queant.

Hermol. Barbar. l. 3. Coroll. c. 471. dicit, ſemine & evulſione provenire, transferri & plantari etiam ſolet ad inſtar rorismarini, dum nimirùm ramuſculus terræ mandatur, vel integra etiam plantula (uti apud nos fieri ſolet) recens adhuc terra eruitur, & alii loco inditur.

Multi ſemen ejus terræ mandant circa finem Martii: ab aliis verò principium Aprilis obſervatur, habita tamen ratione temperiei ſive conſtitutionis aëris, regionis, & terræ ſive loci ad culturam deſtinati.

Modum, quo ſemen in terra creſcit, hic apponere ex *Kenelmo Dygbi in de vegetatione plantarum* L.B. haud gravatim ponderet; is autem ita ſe habet: Semen ſiccum, corrugatum, & compactum tantum ad id tempus

ſolo humido commiſſum; cum appropinquans ☉ dilatare & ſublimare incipit ad terræ ſuperficiem, volatilem illum & balſamicum ſalem, qui remotione ejus durante hyeme conſtipatus, condenſatus, & verſus terræ centrum repulſus fuerat, intra ſubſtantiam ſuam neceſſariò recipere, debet iſtam ſalinam humiditatem, quæ ſemen circumagit, ei adjacet, & ex omni parte in id impetum facit, immediatus effectus, qui ex hac ſeminis humectatione ſequitur, neceſſariò corporis intumeſcentia, & augmentatio debet eſſe. Nam ſubſtantia aquæ intrante in ipſam grani ſubſtantiam hinc hæ duæ ſubſtantiæ neceſſariò requirunt amplius ſpatium, quàm una quælibet earum prius ſeorſim requirebat, & hinc ſequitur, quod cortex, qui ſeminis ſubſtantiam involvit & continet, neceſſariò crepare & disrumpi debeat ad viam & libertatem dilatationi intumeſcentis corporis concedendam. Quod poſt-

quam

quam hoc modo ſibi ipſi comparavit ad perficiendas tales actiones, quales in hiſce circumſtantiis ipſi naturales & neceſſariæ ſunt, ſequitur ſtatim proprium ſuum impetum: accedit igitur huic intumeſcenti ſemini carcere jam effracto, ut igneæ ejus partes aqueas ſuperare conaturi ſint, hæ verò frigidas quasdam & ſiccas in ſubſidium avocando efficiunt quandam violentam agitationem per totam maſſam agitando & impellendo unam in aliam. Hic inteſtinus motus excitabit multò majorem corporis dilatationem in tanta combuſtione, quam prima ejus humectatione excitabatur. Nam cum naturalis actio ignis in eo conſiſtat, quod effluat ex centro ſuo quaquaverſum in ſpeciem ejusdem continuati agminis ſummè rarefactarum atomorum, & ipſi ſecum auferant, & veluti continuatam ſequelam quandam humidorum & viſcoſorum quorundam atomorum, ſequetur inde neceſſariò, quod

quod requirant majorem campum, quàm in eorundem primo exortu poſſidebant ad inſtitutum opus in eo abſolvendum. Et paulò poſt: Effluvia, quæ ex disrupto ſeminis cortice deorſum & latera verſus effluunt, non ſunt omnia inefficacia, etſi non ita vigoroſa, ut iſta, quæ ſurſum aërem verſus adſcendunt, calidæ & humidæ, aëreæ & conſequenter virides & teneræ, deſcendentes verò & ad latera euntes ſicciores, frigidæ & terreſtres & hinc hirſutæ, duræ & albæ, quarum durities & hirſuties hinc etiam augebatur, quod iſtæ partes à terra premantur & conſtringantur: hoc igitur modo radix formatur, quæ cum continuò ad plantam novum ſuccum ex terra humida eam circumdante attrahat, & calore abundet, qui continuò digerit & ſublimat humiditatem ab ipſa attractam, & externa agentia, nempe ſol & aër, etiam peragant ſuas partes, ſequatur inde, quod novus, digeſtus, & ſpiritualis ſuccus in

in iſtam rotundam viridem & teneram partem, quæ ex terra aërem verſus, erumpebat, & quam jam caulem vocare licet, ſublimetur, atque ita uterque calor, internus & externus concurrit ad afferendum huic plantæ incrementum, dum uterque, tam radix quàm caulis, nova ejus humiditate continuò impletur, quorum unus caulis ſcil. ſoli & ventis expoſitus neceſſariò ad externum latus ad defendendum contra aëris externas injurias partem internam, quæ tenera eſt, & ſuccoſa remanet, & quo alioquin in ſua adſcenſione ſuppreſſa & conſtricta fuiſſet, durus & hirſutus fieri debet; altera verò, radix ſcilicet, partes duras profundius in terram continuò protrudit, quæ eam, ne facilè eradicari poſſit, firmam & ventorum agitationibus reſiſtendo aptam reddunt. Hactenus Dygbi.

Semen itaque majoranæ ita fermentatum & dicto modo in radicem & caulem diviſum atque transforma-

tum

tum producit foliola duo parva, ex quibus tandem caulis auctior redditus multis circumdatus foliis emergit, quæ herbula ſi eradicetur & traducatur aliique ſolo committatur, latior creſcit, ita ut exurgant ramuſculi plures, ut tandem herba fruticoſa conſpiciatur. In ſummitate caulium emergunt capitula foliis circumdata multis, intra quæ continentur flores albi, tenues, parvi, rotundi & quatuor cuſpidibus ceu dentibus ornati, his emarceſcentibus inſequitur ſemen primò viride, mox album, tandem maturitate temporis fuſcum & aliquando nigreſcens.

Multi flores haud emergere ſinunt, ſed ſummitates decerpunt, ne ramuſculi & tandem herba tabeſiat, intereatque.

Cur autem herbula hæcce noſtra, ut & omnes aliæ plantæ ſurſum verſus ſe erigant, altioremque intendant locum, rationes dat *Athanaſius Kircherus* l. 1. mundi ſubterranei ſect.

1. c. 2. propoſ. 7. ſequentes, quarum prima: ſit eis linea directionis, utpote ſine qua finem ſuum nunquam conſeqvuturæ. Quemadmodum enim homo inverſus cibum potumque capere non poteſt, utpote naturæ contrario ſibi poſitus, ita quoque plantæ nutrimentum, quod ex imis radicibus ſurſum propagatur, inverſa capere nequeunt. Unde tantus illis ineſt ſurſum vergendi appetitus, ut nulla arte ab eo dimoveri queant, potiùs morituræ, quàm obſecuturæ leges naturæ earum contrarias præſcribere conantibus. Secunda, quia calorem & vitam à cœlo & ſideribus expetunt, ideò naturali quaſi motus inſtinctu in cœlum feruntur, ut Experientia ſat ſuperque docet.

Tempus colligendi eſt varium. *Schröd.* Pharm. Chim. Med. l. 1. c. 9. pag. m. 30. colligit partim Aprili, partim Septembri, & c. 23. pag. m. 54. quando floribus triumphat. *Johann. Frid.*

Frid. Helv. Berill. med. c. 9. vult eam esse colligendam in Julio & Septembri. *Petrus de Crescentiis* l. 7. c. 78. æstate atque in umbra siccandam esse docet.

Quidam certos astrorum positus in collectione observat, vult enim radicem effodiendam esse ☉ in ♌ existente, flores esse colligendos ☉ in 1. gr. ♐. versante & sic de cæteris.

Quid autem de istiusmodi collectione sentiendum aliis me doctioribus dijudicandum relinquo.

CAPUT V.

Qualitates & vires in genere ante oculos ponit.

SUbstantiam Majorana nacta est antapoplectico-epilepticam occultam: manifesta est aliquo modo terrea à calore tamen attenuata, ut tenuis apparere videatur, gustu perc ipi-

cipitur amarescens, cum aliquali acerbitate.

Temperamentum ejus quoad à plurimis censetur calida & sicca in 3. gr. *Elùchasis Elinatar*, filius Hahadum Medicus Bathadensis de rebus non naturalibus pag.m.59. dicit: majoranam esse calidam & siccam in 2. gr. discutere humiditates cerebri, aperire obstructiones & attenuare humores.

Galen. 8. Simplic. c. de Sampsuch. subtilium partium est & diaphoreticæ virtutis. *Serap.* Aggreg. c. Mers. virtus ejus est quæ resolvit & subtiliat. *Dioscor.* l. 3. c. 42. ita habet: σφόδρα εὐώδης καὶ θερμαντική, id est, vehementer sive multum odora est, & calefacit. *Paul. Æginetta* l.7.de re med. c.3. pag.m. 613. Amaracum calefacit, ordine 3. siccat. 2. *Petrus de Crescentiis* l. 7. c. 78. attribuit illi caliditatem & siccitatem gr.2. vim confortandi propter odoris suavitatem, ex proprietate dissipandi, consumendi ac

mun-

mundificandi poteſtatem. *Brigthus* in Lang. ita dicit: majorana eſt calida & ſicca in 1. gr.

Quidam diverſa ſingulis majoranæ partibus temperamenta attribuit, v. g. radici gr. 2. cauli 3. foliis eundem, ut & floribus, ſemini denique 4. An verò hæc ſententia firmo ſtare poſſit talo, cuilibet de ea liberum eſto judicium.

CAPUT VI.

Uſum Majoranæ generalem proponit.

D*Ioſcor.* l. 3. c. 42. ſcriptum reliquit ita: Ἁρμόζει δὲ τὸ ἀφέψημα αὐτῆς πινόμενον ἐπὶ ἀρχομένων ὑδρωπικῶν καὶ δυσουρούντων, καὶ στροφουμένων, ξηρὰ δὲ τὰ φύλλα ἐπιπλασθέντα μετὰ μέλιτος αἴρει ὑπώπια, καὶ ἔμμηνα ἄγει ἐν προσθέτῳ. Πρὸς δὲ σκορπίου πληγὴν μετὰ ἁλῶν, καὶ ὄξους καταπλάσσεται, πρὸς δὲ στρέμματα ὁμοίως, καὶ πρὸς οἰδήματα

δήματα μετὰ κηρωτῆ. καὶ πρὸς ὀφθαλμῶν φλεγμονὰς καταπλάσσεται μετὰ παιπάλης ἀλφίτου. μίγνυται δὲ καὶ ἀκόποις καὶ μαλάγμασι, πρὸς τὸ θερμαίνειν. h. e. bibitur decoctum ejus contra incipientes cutem ſubire aquas, urinæ anguſtias & tormina: delent ſiccata folia ex melle emplaſtri modo impoſita ſugillata: quin etiam appoſita menſes trahunt, & contra ſcorpionum ictus ex aceto & ſale imponuntur. Imponuntur & luxatis cum cera coacta & contra humores, illinuntur præterea cum polenta contra oculorum inflammationes, eorumqꝫ tumores eodem modo: miſcentur præterea cum acopis malagmatisque ad excalefaciendum.

Joh. Jac. Wek. vult 1. Syntax. Med. part. 3. pag. m. 132. majoranam provocare urinam, tollere obſtructiones jecoris, caput & cerebrum roborare, contumaces ſolvere flatuoſitates, acuere viſum, menſes ciere, ſedare dolores & coquere pituitam in capite.

Johan.

Johan. Schröd. l. 4. Pharmac. c. 197. ſtatuit uſum majoranæ eſſe præcipuum in capitis & nervorum affectibus, hinc uteri & ventriculi, provocare menſes in peſſario, confortare cerebrum & ſternutationem efficere.

Quidam Autor adhibuit eam in cunctis morbis à frigido phlegmate & conſtitutione eadem ortis.

Raymund. Minderer. Aloet. c. 2. hanc herbam ſequentibus poſteritati commendat verbis: Aromaticam hanc herbam pluribus, iisque præclaris dotibus inſignem eſſe non odor modo, (qui provenit ex æthereis & ſulphureis ſpiritus partibus rectificatis, prout moderni ſtatuunt Medici) ſed & ſapor ejus patefacit ac oſtendit, eam autem inter cephalica medicamenta haud poſtremum obtinere locum quisquam cenſeat: conducit enim hæc vel adſumta vel maſticata morbis cerebri frigidis apoplexiæ (addo & ego epilepſiæ) paralyſi, ſpasmo, vertigini, tetano, ſenſuum obfuſcationibus

nibus & id generis malis, quibus egregia ſua vi potenter reſiſtit: aurium dolores ac ſonitus tollit, pituitam è capite detrahit ac cerebrum abſtergit, ſpiritus animales reficit ac redintegrat, aperit inſuper, attenuat, digerit, roborat, & anhelandi difficultatem expedit; ſtomacho quovis modo vel adſumta vel admota ſalutaris, ac pectoris morbis adverſa. Quin etiam hæc ipſa jecinoroſos ac lienoſos adjuvat, præterquam enim, quòd obſtructiones viſcerum aperit, ea ipſa roborat, ac firmat, uteri præterea frigidis morbis ſuccurrit, & flatus craſſos ſive in inteſtinis ſive alibi in corpore oberrarint, diſſipat: auxiliatur proinde iis, qui tormina patiuntur, aut quos colica tormenta vexant: incipientem hydropem, tympanitida prohibet, ac iis, quos urinæ difficultas tenet, opem fert.

Imò ut multa paucis complectar, *Poëtæ* cujusdam verba hic annectere volo, quando ita cecinit:

Torri-

Torrida si nervis & amaracus apta cerebro
hanc sitiens semper non minus optat hydrops.
Urinæ & tumidis reserat spiracula ventris
hanc, cui sit matrix ægra, puella colit.

CAPUT VII.

Quod propalat usum ac vires Majoranæ per se usurpatæ promiscuum ex Michaële Toxitide.

Michaël Toxites Paracelsi admirator atque alumnus strenuus ut variis singulis majoranæ partibus constellationum facultates attribuit, ita & varia ex ea emolumenta ac arma contra innumeros fermè morbos parare docet, initium faciens de

RADICE.

Quæ, si potui injecta & usurpata, tollit

tollit tumorem internum corporis, thoracis & ſtomachi : confortat membra debilitata, tollit epilepſiam, dolorem capitis, vertiginem & phantaſmata melancholica ; pellit venenum ex capite, aperit obſtructionem pulmonis & epatis. *Anton. Mizald.* hort. med. pag. m. 111. hæc habet: Es iſt wunderlich und wohl denckwürdig / daß die Mäuße häuffig zur Majoran Wurtzel lauffen/(wie ich ſolches offtmahls geſehen habe) als ſuchten ſie bey ihr etwan eine Hülffe und Artzney/ weiß aber noch nicht/ warum oder für welche Breſten.

CAULIS.

Succus expreſſus & adſumtus disſolvit grumos ſangvinis, mitigat tuſſim, ante ſomni tempus promovet noctem quietam, convenit ventriculo à frigore læſo, provocat menſes: caulis parti ab animalibus venenatis ictæ applicatus convenit.

FOLIA.

Pulveriſata & adſumta purificant ſan-

ſangvinem & cerebrum frigefactum, confortant cerebrum, acuunt memoriam, cum vino ſumta mitigant dolorem calculi in veſica, & diſſolvunt eum, provocantq; urinam : tollunt ſyncopen mulierum.

SEMEN

in vino moſchato infuſum per menſem integrum & oleum exinde expreſſum adſumtumq; conducit ventriculo phlegmate obducto, utile eſt ad palpitationem cordis, promovet ſudorem ac facilitat partum.

Et quæ ſunt alia, quæ ibidem B.L. videre ac legere poteſt, ſi libet ei. Plura hîc non addam, ſed converto me nunc ad

CAPUT IIX.

Eminerans Medicinas, quæ ex Majorana tantum præparantur, cum earum adjecto uſu.

Hacte-

HActenus contemplati fuimus Majoranæ Etymologiam, Paronymiam cum Synonymiâ, naturam cum signatura, species sive genera, locum natalem, modum progerminandi, culturam & collectionis tempus, vires & qualitates in genere, usum generalem, & medicamina ex radicibus, caulibus, foliis & semine simpliciter & sine additamento parata, cum viribus, proximum nunc erit, ut & medicamenta ex sola majorana vel paucis aliis adjectis paranda declaremus.

Chimici & Medicamentarii ex Majorana præparant

I. DECOCTUM, quod ita parare docet *Trag.* part. 1. Herbar. c. 9. pag. m. 14. ℞. Herb. majoran. q. v. decoq. in vin. alb. q. s. & cola. hoc decoctum valdè utile est in hydropisi incipiente epotum, lenit dolores ventris, pellit urinam & menses. In lixivio cocta, & si caput cum hoc lavetur, tollit dolores ejus & phantasiam, teste

Eucbar. Röslin. pag. m. 229. item majorana in aqua cocta pro suffumigio uterum purgat, confortat cerebrum & adhibetur contra epilepsiam ac melancholiam. Dicit & *Botanicus* quidam: decoctum majoranæ, si eo irrorentur loca scarificata, præservat à multis pravis accidentibus, scarificationem aliàs insequentibus.

II. SUCCUM, qui communi & vulgari modo ex herba viridi & recenti exprimitur: hic illitus sugillatorum cutem & carnem emendat, maculasque tollit & dissolvit sanguinem concretum, teste *Röslin.* p.m.229. Auribus si instilletur, tollit sibilum adjectis pipere & castoreo, naribus parum de eo si indatur, exuscitat lethargicos & epilepticos; idem si linguæ illinatur, restituit loquelam amissam. *Trag.* l. 1. c. 9. Cum melle & aceto mixtus, illitusque succus valet contra scorpionum ictus, docente Tabernam: Cum lapide calaminari

&

& oleo chamomil. fac ungventum, quod ſi illinatur tollit ſugillata.

III. AQVAM, quæ ad mentem *Libavii* l. 2. Alchim. pag. m. 356. ita paranda: Majoranæ ſurculos inciſos inebrias vino odorato, vel aqua roris majalis ter deſtillata & apricata, & poſt macerationem deſtilla. *Joh. Jac. Wek.* Antidot. ſpecial. c. 1. pag. m. 320. præcipit menſe Majo vel Junio colligendam eſſe & deſtillandam aquam in balneo aquæ ferventis vaſis vitreis vel ſtanneis & conſervare per annum. Aqua refrigerato cerebro confert, urinam movet, uterum calefacit, menſes ciet, apoplecticos reſtituit, paralyſi linguæ medetur, memoriam reficit: materiam catarrhi provocat, ſi è manûs vola attrahatur, & os vel aqua vel vino repleatur, ne humor deſtillans in fauces acredine ſua ſit moleſtus.

Autor *medicinæ Dygbeanæ* Experimentalis. pag. m. 208.

IV. SPIRITUM ex majorana pro-

 licere

licere docet, quem modum vide sis ibi: Dieses Spiritus, inquit Johan. Pop. in seinen kurtzen Handbüchlein / drey oder vier Tropffen in die Ohren gethan / benimt das Sausen / offt daran gerochen / vertreibet das Aufſteigen der Mutter.

V. CONSERVAM, quæ secundum *Wek. l. 2.* Antidot. special. c.23. pag.m.617. ita paratur. ℞. Majoran. recent. ℔ß. ſacch. albiſſ. ℔iß. terantur ſimul in mortario marmoreo piſtillo ligneo. Vel ℞. Majoran. recent. & tener. ℔j. ſacch. ℔iij. Majorana in mortario lapideo teratur minutiſſimè, ſaccharum verò coquendum eſt cum aqua majoran. ℔ij. ultra ſyrupi conſiſtentiam, dein ſimul miſceantur aliquamdiu ſupra prunas, fiatque conſerva, inſoletur & conſervetur per annum. Valet ad omnes frigidos & humidos tam capitis quàm ventriculi affectus, confortat cerebrum, jecoris reſerat obſtructiones & partium internarum, vitales ſpiri-

tus

tus fortificat, exhibetur in lethargo, apoplexia, epilepſia, catarrho, diarrhœa, colica, calculo veſicæ.

VI. OLEUM DESTILLATUM: cujus parandi modum exhibet *Johan. Baptiſta Porta* l. 3. de deſtillat. c. 12. p. m. 21. qui ita ſe habet: Majoranæ ſpicatæ & ſummitates floridæ carpuntur, ac vaſis æneis induntur, nec inſolenti more exploditur, aqua & oleum coloris aurei, & ſi nares conſulantur, cæteris odoratius. Præſtantiſſimi eſt uſus ad cerebrum quaſi à Deo ad hunc ſolum uſum creatum, roborat memoriam, capitis doloribus prodeſt, oleum aquæ immixtum & agitatum naribus attractum ad ſtillicidia juvat, ſtomachum roborat. Hujus olei vires clarius demonſtravit *Georgius* Graman / in ſeiner Chimiſchen Reiß- und Hauß-Apothecke/ ſequentibus. (1.) guttæ vj. vel vij. in jure, vel vino ſumtæ conferunt deliquio animi, cephalææ, confortant cerebrum, tollunt melancholiam, phan-

tafias & phreniticas paffiones. (2) qui dormire nequeunt, neque in lectis plumisvè requiefcere poffunt, iis provocat fomnum naturalem, fi eo frons, vertex & tempora illinantur. (3) Confert epilepticis, apoplecticis & paralyticis reftituit loquelam. (4) Adhibetur contra oculos lacrymantes, ophthalmiam & alia fymptomata, fi manè & vefperi fingula vice guttæ vj. in vehiculo adfumantur. (5) In febribus chronicis, ventriculo phlegmate obducto & hydropica difpofitione ufurpatur internè exhibitum, & fcrobiculo cordis illitum. (6) Referat obftructionem pulmonis, epatis & pectoris, generat bonum fangvinem, diffolvit cruorem, recreat epar & pulmones putrefcentes. (7) Expellit fudorem frigidum & membra confortat debilitata. (8) Colicam à frigiditate contractam tollit adfumtum, umbilicoque illitum. (9) Suffocationem uteri mitigat adfumtum, regionique uterinæ illitum. (10) Ciet menfes

menſes retardatos, ut ordinariè imposterùm fluere queant. (11) Prodeſt in doloribus hypochondriacis, liene tumido, & dolorifico in & extra adhibitum. (12) Atrophiæ membrorum ſuccurrit extus illinitum & propinatum. (13) Membris paralyticis, ſtupidis & contractis convenit, ſi eô manè & veſperi membra perunguntur, ægrotisque in aqua vel vehiculo appropriato porrigatur.

Johan. Coler. l. 18. von der Hauß-Artzney ita dicit: olei majoranæ pauxillum errhini ad inſtar uſurpatum tollit dolores capitis.

Tabernam. licet in eam venerit ſententiam, quod oleum hoc validius ſit vehementiusque quàm omnia medicamina ex amaraco parata, ideò ſummâ cum cautelâ propinandum ob vim cauſticam, attamen vis hæc nimis calida & quaſi urens vehiculo, in quo aſſumitur, multum reſtringitur, uti etiam videre eſt in propinatione ſpirituum mineralium v. g. 🜔. 🜍.

 certè

certè si per se & absque vehiculo adsumere quis vellet, vix sine gravissima læsione partis cujusdam, vel etiam in sequente morte id præstare potest, uti quilibet hac in re album, uti dici solet, calculum mihi adjicere non dubitabit.

VII. OLEUM COCTUM, quod paratur ex foliis recentibus more communi & usitato: Convenit membris delassatis illinendo, ut & frigefactis nervis: apoplectici in balneo sedentes inungantur eo: adhibetur in spasmo cynico, auribus inditum tollit sibilum & sonitum, adversatur veneno scorpionum.

VIII. UNGVENTUM: cujus de viribus *Dioscor*. l. 1. c. 49. ita dicit: Ἐκλέγου τὸ μαλάγχλωρον τῇ χρόᾳ σάμψυχον ἔτι πολὺ ὄζον μετρίως δριμύ, δύναμιν δὲ ἔχει θερμαντικὴν λεπτυντικὴν δριμεῖας· ποιεῖ δὲ καὶ πρὸς μύσιν, καὶ διαστροφὴν, ὑστέρας, ἔμμηνά τε καὶ ἔμβρυα ἐπισπᾶται, καὶ ἀνίβας ὑστερικὰς ἀνακτά τε ὀσφύων τε καὶ βουβώνων ἀλγή-

ματα πραΰνει σὺν μέλιτι δέ αὐτῷ χρῆσθαι βέλτιον. ἐπὶ τῇ σφοδρᾷ στύψει σκληρύνει τοὺς τόπους λύει καὶ κόπους συγχεόμενον, εἴς τε τὰ ἐπὶ τῶν ἠπιοθονικῶν καταπλάσματα ἐπιτηδέως μίγνυται, καὶ τῶν ἄλλως σπωμένων. h.e. eligito ſampſuchum, quæ colore nigro in viridi ſit, quæ longè oleat, & mediocri acrimonia ſentiatur. Eſt illi vis & natura calefacere, extenuareque, acre eſt, facit ad præcluſos & inverſos fœminarum locos, menſes, ſecundinas & fœtus trahit, vulvæ ſtrangulatu concidentes excitat: lumborum & ingvinum dolores lenit: præſtat cum melle eo inungi, quoniam vehementiori adſtringendi vi locos inducat: contra laſſitudines utiliter eo inunguntur, miſcetur præterea his, quæ contra rigores in ſcapulas, aliterque convulſos illinuntur.

IX. BALSAMUM. *Senn.* l.5.Inſtit. part.3. ſect.3. c.31. pag.m.1491. ſic id parare jubet. Rec. Majoranam q.v. coque cum cera alba & adipe ſuillo,

 ex-

exprimatur, idque repetatur quinquies vel ſexies, donec acquirat colorem ac odorem majoranæ, poſtea adde oleum majoranæ deſtillatum, F. Balſamum pro uſu externo. *Crollius* in ſua baſilia chimica pag.m.237. docet alium modum, nempe coquit ceram albam raſam in aqua roſarum, ut acredo tollatur, nec ullam ſaporis alienam qualitatem referat; huic addit oleum majoranæ deſtillatum, & tincturam per ſpiritũ vini alcoholiſatum extractam inſpiſſatamque per ſeparationem ab eodem ſpiritu, tandem ſal poſt incinerationem miniſterio aquæ è ſuo capite mortuo prolectum. Alii rem ita tractant hanc: Capiunt reſiduum nuciſtæ poſt expreſſionem olei, extrahunt tincturam per ſpiritum vini & ſaporem, huic addunt oleum & extractum plantæ, tandemque etiam ſal. Curat vertiginem conſumit catarrhos, ſopit dolores capitis, confortat cerebrum, auget memoriam & judicium,

exhilarat cor, ſyncopen & epilepſiam arcet, promovet ſomnum, deoppilat obſtructum epar & pulmonem, confortat ventriculum, menſtrua movet, mundificat ſangvinem, præſervat à peſte & omni aëris infectione. Uſus non ſolùm eſt extra ad odorandum, temporibûs nuchæ, naribus, vertici, pulſibus, cordisque regioni illinendo, ſed & intus ad membra principaliora corroboranda. a gr. v. ad viij. exhibendo in vehiculo appropriato.

X. EXTRACTUM: quod ad mentem *Rolfincii* Chim. in art. form. redact. l. 4. ſect. 3. c. 2. ita parari poteſt. Rec. fol. majoran. ſicc. q. v. ſpir. vin. q. ſ. ſtent in digeſtione, tinctum quod apparet, auferatur, novus affundatur, extracti & filtrati ſpiritus exhalent ad juſtam extracti conſiſtentiam, Cerebro ſuppetias fert.

XI. ESSENTIA etiam hîc recenſenda venit, quæ ſecundum *Salam* in de Eſſent. vegetab. ſect. 3. ç. 4. ita paranda.

randa. Rec. Herb. majoran. minutim incis. ℔j. quæ post affusionem aquæ majoranæ ℔iv. in diplomate 12. 11. digeratur, infusum, expressum, colatum, & in aliquot conchas divisum super vaporem aquæ calentis ad olei spissitudinem exhalet. Huic præeminere dicitur

XII. QVINTA ESSENTIA, quæ ad imitationem Quintæ Essentiæ Thymi ex Myroth. spagyr. *Petri Johannis Fabri* l. 2. c. 23. ita parari potest. Collige majoranam dum floret maxima in copia, & contusa maceratur in phialis cum spiritu vini alcoholisato per mensem unum in balneo tepido; deinde destillatur spiritus, & separatur phlegma, quod adscendit, & reaffunditur spiritus adscensus, & digeritur iterum in balneo tepido, & redestillatur: & iteratur hæc operatio donec sal volatile adscendat, quod rectificabis ter aut quater cum pauco spiritu vini, ut vindicetur ab omni terrestri excremento.

to. Spiritus hic rectificatus & purus servandus & custodiendus erit, donec oleum habeas ex majorana, quod sequenti elicies methodo. Collectam majoranam in maxima satis quantitate siccam & aridam urnæ immittes, eamque replebis majorana, & per descensum destillatis, donec combusta & incinerata sit majorana: oleum rectificabis per retortam cum pauco vitriolo ad rubedinem calcinato, donec empyrevma deposuerit: deinde oleum à fœtore empyreumatis vindicatum conjunges cum majorana recenti & insolabis per aliquot dies. His peractis exprimes oleum à majorana, quantum fieri poterit, & novæ & recenti majoranæ conjunges iterũ oleum & insolabis & exprimes ter aut quater iterando infusionem majoranæ, donec fragrantissimum acquirat odorem. Et sic oleum hoc conjunges cum spiritu seu sale volatili. Ex cineribus verò majoranæ combustæ in extractione olei, salem fixum elicies

cies methodo communi & vulgari, & purum factum, & vindicatum ab omnibus excrementis, connectes cum oleo & ſpirituoſo ſale majoranæ & ſervabis ad uſus. Hujus grana vj. dicit *Johan. Pop.* vel ſupra citato, in Wein getruncken / denen ſo anfahen waſſerſüchtig zu werden / ſtillet alſo genützt das Weh im Leibe / treibt den Harn und menſes, auff die Zunge geſtrichen / bringet die Sprache wieder / es erfreuet und ſtärcket das Hirn und Gedächtniß wunderbarlich / es wehret denen Flüſſen / ſo herab vom Haupt auff die Bruſt fallen. Auff den Nabel geſalbet / ſtillet das Magen-weh / desgleichen die verhärte Mutter damit geſalbet / 3. oder 4. Tropffen in Wein eingenommen / bringet denen Weibern ihre Blödigkeit. Quid autem de Quintis Eſſentiis æſtimandum, clarè demonſtravit *Rolfinc.* C. I. A. F. R. l. 6. c. 2. quando dicit: juſta eſt cenſura; non entia eſſe quæ ex vegetabilibus, quorum principia ſeparabilia ſunt, extrahuntur, cum titulo

quod

quod singulare quiddam sint & subli-mius supra elementa. Plura, quæ huc pertinent, ibidem videri pote-runt.

XIII. SAL VOLATILE. *Pet.Joh. Fab.*l.2.c.1. Myrotech. spagyr. pag.m. 59. hæc habet: Sal volatile differt à fixo, quod habeat secum unitos spi-ritus vitales, qui ejus corpus pene-trando allevant & attenuant, & sic sal volatile faciunt, & sic spiritus, qui invisibiles sunt, visibiles fiunt, & cor-pus, quod sua natura fixum & per-manens est, volatile redditur: Para-tur autem ita: Contundatur herba, ex ea omnis extrahatur succus, & unà cum suo succo ponatur in phiola, oblongi colli, & hoc omne in furno digestionis supposito per 15. dies, dum destillatur in B. M. quicquid poterit destillari, humiditas aquosa iterum affunditur fecibus, & calidè permiscentur, & filtrantur simul dum calent, ut quicquid est salis una cum humiditate per filtrum transeat, dein

quiete

quiete facta hypostasi ad fundum, deposita per inclinationem, quod clarum est, effundendum est in aliud vas, illudque clarum destillandum est; aut in B. M. evaporandum ad tertiæ partis consumtionem; quod superest in loco frigido collocandum, ut in crystallos coëat, quos sublimare poteris, ut nitidam & claram omninò nanciscantur substantiam, & úsui servare: pollent enim summis viribus & in Medicina facienda. Beatus est Medicus, qui tales habet crystallos, ut medeatur morbis.

Sennert. l. 5. Instit. part. 3. sect. 3. c. 15. pag. m. 1424. eundem ferè processum tenet: verùm ad Experientiam Nobilissimi *Dn. D. Wedelii* c. 5. de sale volatili, mediante fermentatione peculiari tempore, verno vel æstivo, cum adolescit herba, & sal volatile adhuc in herba non penitus digestum, ex recenti paratur herba sal volatile.

XIV. SAL FIXUM, quod communi & vulgari modo ex cinere majoranæ conficitur, qui modus omnibus notus non multis explicandus erit verbis: *Joh. Bapt. van Helmont.* in de febribus c. 14. num. 12. dicit: Sal majoranæ volatile esse medicamen antifebrile, quia est volatile, & simplicis totam basin continere: esse etenim diaphoreticum insigne atque nonnihil temperatum.

XV. ELÆOSACCHARUM: quod Medicamentarii parant ita: Contundunt & alcoolisant saccharum canariense ad pondus ℥j. cui sensim addunt olei majoranæ destillati ℈j. in mortario vitreo, ut exactè uniantur: vires habet easd. quas oleum ipsum: insuper *vinum medicatum* in momento quasi ex eo parari potest, si nimirum sumantur vini ℥ij. quibus addi debet ℈j. vel ʒß. elæosacchari: ita miram tibi comparabis gratiam. Cum ante annos 14. in Februario laborarem febri catarrhali, lecto affixus per

aliquot dies nihil niſi eleoſaccharum hoc aſſumſi, omnia etenim alia medicamina nauſeabunda mihi videbantur, id quod tam bonos præſtitit effectus, ut quinta ab aſſumto pulvere die ſanitas ſubſecuta fuerit priſtina, quâ obtenta DEO T. O. T. Q. M. à me grates, quas potui mente concipere, lingua proferre, perſolutæ ſunt.

XVI. An ad mentem Dygbæanam in diſſert. de vegetatione plantarum. pag. m. 78. MAJORANÆ RESUSCITATIO inſtitui queat, cuilibet hac de re eſto judicium experimentale, liberum, modum quem ſi deſiderat, multis declaratum verbis videre poterit. C. L. in Franciſci Sineſiſchen Luſtgarten. pag. 762. ita autem ille Autor, vel potiùs *Athanaſ. Kirch.* c. 5. mundi ſubterranei ſect. 4. l. 12. proceſſum hunc deſcribit: Rec. Seminis cujusvis plantæ maturi; tempore & cœlo ſerenis ℔ iv. quæ in mortario contuſæ phialæ mundæ quàm optimè

mè clausæ impones, & ne vel minimum expiret, caveto, asservata quoque phiala in loco munito. Hoc peracto observabis tempus vespertinum cœli serenissimi, ut sequenti nocte rorem decidentem colligas. Phialam reservatam aperi, semen contusum comminutumque exime, & super tabulam vitream extende, hanc verò tabulam cum semine in horto aliquo aut prato sub dio libero expositam relinque, & ne aliquid roris abundantioris è tabula defluendo pereat, tabulam unà cum semine in patina latiuscula collocabis, sic fiet, ut ros copiosè supra semen decidens ipsi commodiùs naturam suam, nocturnis hisce macerationibus conferat. Eodem tempore ad rorem commodius excipiendum 4. palis affixum linteamen subtilè & purissimum extendatur, quod madore nocturno imbutum, deinde in vitrum mundissimum ad 8. circiter mensuras exprimatur. Porrò semen imbutum rore noctur-

nocturno iterum phialæ ſuæ incluſum, ne quid inde expiret aut calore Solis extrahatur, ante ſolis ortam pristino loco reponatur. Ros ex linteamine expreſſus ſæpiſſimè percoletur, colatus aliquoties deſtilletur, donec omnibus fæcibus & terreſtri immunditie immunis evadat, fæces verò relictas calcinabis, & ſalem dabunt pulcrum viſu, qui mox in rore deſtillato diſſolvatur. Ros hoc ſale imbutus ſemini in phiala aſſervato altitudinis trium digitorum affundatur; deinde phiala hermeticè cum vitro contuſo & borrace ſigillata in loco calido & humido aſſervetur, aut etiam ſub fimo equino menſtruo ſpatio condatur; deinde exemtam phialam conſidera, & ſemen ad inſtar gelatinæ transmutatum ſpiritum cuticulæ inſtar videbis variis coloribus varigatæ ſupernatantem, & intra cuticulam & terram limoſam rorem de natura ſeminis exiſtentem inſtar ſeminis viridis. Phialam hanc ita ſigilla-

gillatam per totam æſtatem ſuſpende in loco ſolis interdiu, noctu lunæ reliquorumque ſyderum radiis pervio: cœlo verò turbato aut pluvioſo in loco calido & ſicco reſerva, donec pulſis nubibus ſerenitas demum affulſerit, cui demum eam expones. Accidit nonnunquam, ut opus hoc menſibus ferè duobus aut citiùs, aliquando poſt annum juxta temporum conſtitutionem abſolvatur. Cœterùm, ſigna perfectionis operis hæc ſunt, limoſa materia in fundo in altum, contumeſcit, ſpiritus & cuticula indies decreſcunt, totaque materia demum inſpiſſatur, in vitro verò à reflexione ſolis ſubtiles exhalationes naſcuntur, & veluti nebulæ plantæ excreſcentis veluti prima quædam, rudimenta, ſed debilis adhuc & ſine colore, & ad formam ſolùm tela aranearum adſcendentis nunc, modò deſcendentis, pro radii ſolaris phialam ferientis efficaciâ. Tandem ex tota illa in fundo ſubſiſtenti materia ſpiri-

ſpirituoſa cinis fit, quæ ſpecies præſente calore comparet, eodem abſente evaneſcens in chaos ſuum revertitur. Sed quoties ignem applicaveris, toties calore ſuſcitante materia, plantæ formam exhibebit, durabitq; hac ratione, ſi vas benè obturatum, fuerit, perpetuò.

XVII. Quid? ſi ad nutum ductumque *Johannis Friderici Helvetii* in Berillo Medico pag. m. 88. PANACÆA VEGETABILIS CALIDA exinde, conficeretur, certè multa imò plurima præſtaret, talem qui habet Medicinam, multis ſubveniret ægrotis, proinde in id unicè incumbendum, ſvadeo, ut talismodi Medicina ferè divina ab iis, quibus ſanitas proximi curæ cordique eſt, præparetur: modus autem eſt ſequens, quem prout ipſe Autor reliquit, ad verba inſero: Rec. Des Krauts (ich verſtehe den Majoran) 15. ℔. wenn es in Blumen und Saamen ſtehet/ laſſet ſolches durch Zuſatz ein wenig jungen Biers/ nach altem Gebrauch

Gebrauch gischten/und dann den Spiritū darvon ziehen/ denselben wohl rectificiren/ das zurůck gebliebene Kraut drocknet/ brennt es dann in einer steinern Retorte/ und den sauren auffgefangenen Dampf rectificirt mit seinem Oel/ die zurůck gebliebene Kohlen in der Retorten brennet in einem eisern Topf zu Aschen/ wann dann die Aschen wol ausgeglůhet/ so gießet den sauren rectificirten Spiritum darauf/ in einem glåsern Kolben/ und thut darbey so viel gut Regenwasser/ als zu der Solvirung von nöthen sey/ darnach durch grau Maculatur filtrirt/ und in den Kolben die Feuchte biß auff die Drockene abstrahirt/ das drockene Saltz alsdenn in einen wohl vermachten Tiegel recht ausgeglůhet/ 1. oder 2. Stunden lang/ lasset es fliessen im Keller zum liquore, diesen durch grau Papier filtrirten liquorem thut alsdenn in eine phiol mit einen langen Halse/ und thut so viel klein gehackten Majoran/ biß sie bedeckt darein/ dann also 1. oder 2. Tage lang circulirt/ gießet darnach obgedach-

ten rectificirten Spiritum mit seinen auffschwimmenden Oel darauf. Wann es ein Tag und Nacht wohl verwahret circulirt hat/ so gießet dann den tingirten Spiritum ab/ und einen andern wieder drauf/ und thut solches wie zuvor/ dann glühet den liquorem mit dem Kraut wieder aus/ und thut das warm in einen warmen steinern Mörsel/ bald wieder in eine phiol, gießet so lang des neuen Spiritus darüber/ als es tingirt, darnach die zusammen gegossene tincturen mit einander in einen Kolben abgezogen/ biß auff einen liquorem. Dieses nun in einem verschlossenem Glaß sehr wohl verwahret/ wie auch den abstrahirten Spiritū, solches ferner zu gebrauchen.

Hæc ut maximè salutaris est,ita illam nempè Majoranæ resuscitationem suspectam habet *Rolfinc*. l. 6. C. I. A. F. R. pag. m. 424. cum *Billich*. Thessal. rediv. c. 7. & *Helm*. Pharmacopol. ac dispensat. moder. inscript. libro t. 13. Primus ita concludit: Nervos atque artus esse sapientiæ non temerè

merè credere. Non entia ſunt hæ plantæ. Alter vocat exemplum de lixivio urticarum conglaciato ſtupidum, de cineribus verò plantarum, ſuſpectum, in hoc deſideratur fides, in iſto judicium. Tertius de experimento Quercetani talia prorumpit in verba: Bonus ille vir ſcilicet Quercetanus ſuam declarat principiorum inſcitiam, neſciens 1. quod omnis glacies incipiens dentatas cuſpides ad figuram folii urticæ faciat, 2. quod archeus ſit figurator rei generandæ, qui per ignem conflagretur dudum, antequam vel carbo fuit vel cinis, 3. ſi ens ſeminale herbarum exprimeret lixivium, non ſanè folia, ſed radicem caulicem, flores & fructus referret.

Interim quicquid ſit, cùm hæc reſuſcitatio non ad ſanitatem labaſcentem proximi corrigendam, vel amiſſam reſtituendam faciat, meritò Medici Practici eam nudæ ſpeculationi & curioſis relinquent. Nos talia adſpernantes convertimus ad

 CA-

CAPUT IX.

Varias monſtrans remediorum formulas majoranâ gaudentium in genere, cum uſu, doſi, & facultatibus.

OMnes remediorum formulas majoranâ exornatas huc recenſere, opus foret multi laboris ac temporis conſumendi, ſelectiora adducam nonnulla, initium faciendo de aquis deſtillatis.

Andernacus duas habet aquas vitæ, quarum prima vocatur pretioſisſima, deſcribitque ſequentem in modum.

℞. Cardam.	Agalloch. ℥ij.
Pip. alb.	Zingib. ℥ij.
long. *ãa* ℥ß.	Cinam.
Galang.	Cubeb. *ãa* ℥ß.
Mac.	Sem. cumin.
Caryophyll.	ſylv. ℥ß.
Gran. parad. *ãa* ℥ß℈j.	aniſ.

foenic.

fœnic.	Flor. anth.
pæon. *ãa.* ℥j.	roſ.rub.*ãa.* M ß.
Coriand.	Rad. enul. cam-
ſinap. *ãa.* ℥ij.	pan.
Herb. aſparag.	irid. *ãa.* ℥j.
majoran.	angel.
menth.	pimpinell.
puleg.	pœon.
rorismarin.	doron. *ãa.* ℥ß.
rut.	diptam. alb.
ſalv.	℥iij.
ſpic. celtic.	ſacch. cand.
	alb. ℔ij.

ſingula inciduntur, modicèque conteruntur & ex vino generoſo quinquies ſublimato correctoque macerantur in vino vel aqua diebus XIV ampullâ diligentiſſimè obſeratâ, deinde operculum roſtratum ſuperimponitur & commiſſuris luto obductis ex B. cum modico igne deſtillantur, pòſt ampulla aperitur, & liquor, qui effluxit, rurſus ſuper feces funditur, iterumque evocatur ut anteà, isque labor quinquies repetitur, tandem

aqua ardens deſtillata vitro conditur & adjectis

Croc. orient. ℈j. *Moſch.*
Fol. ſol. ſin. ℥ß. *Ambr. ãa.* ʒj.

optimè clauditur finiturque, cum omnis virtus extracta fuerit. Præſtantiſſima eſt aqua vitæ ad morbum attonitum, comitialem, vertiginem, paralyſin tàm præſervandam, quàm curandam, memoriam confortat, roboratq́ꝫ, omnes facultates reficit ac juvat. Dantur guttæ iij. vel iv. in aqua tiliæ, beton. meliſſ. aut alia.

Aqua arthritica in P. A. pag. m.282. deſcripta etiam gaudet majorana.

Zwelffer. P. R. pag. m.64. & 65. habet aquas apoplecticas 60. aquam odoriferam pro epithematibus cordis, capitis & pulſus, quas ibi vide.

Renod. in append. pag. m. 535. habet aquam theriacalem, quæ parari facilè poterit non ſolùm in pharmacopoliis, ſed etiam in ſingulis civium ædibus, paucis etenim conſtat, igitur

℞.

℞. *Rad. angelic.*	*Herb. ſcord.*
enul. ãa. ℥iiij.	*echii.*
Sem. card. bened.	*ulmar.*
Caryophyll.	*majoran.*
Gran. junip. aã. ℥j.	*meliſſ.*
	beton. aã. Mj.
	F. decoctio

in qua colata ad ℔ iiij. infunde per ☉. vel biduum Mithrid. Dam. & Theriac. Androm. *ãa. ℥ij.* ponantur in XX, & deſtillantur, ut artis eſt, (aſt juſta eſt cenſura Zwelff. Theriacam & Mithridatium fruſtrà materiæ deſtillandæ adjecta eſſe, ſed potiùs liquori deſtillato conjungenda:)

Facultates recreat, qualitatem omnem peſtilentem & venenatam oppugnat ac extingvit, ſyncopi, palmo ac omni animi deliquio prodeſt, vertigini, lethargo, epilepſiæ, apoplexiæ & paralyſi convenit.

Quercet. in Pharmac. Dogmat. reſtit. l. 1. c. 7. pag. m. 18. majoranâ noſtra adornavit aquam imperialem communem & paratâ facilem ita.

℞. *Cort. aurant.* *limon. ſiccat.* *ãa. ℥iiij.* *Nuc. moſchat.* *Caryophyl. ãa.* *℥iij.* *Cinamom. ℥iij.* *Fol. meliſſ.* *Fol. majoran.* *hyſſop.* *Thym. ãa. Mj.* *Flor. anth.* *beton.* *calend.* *ſalv. ãa. p. j.*

inciſis & contuſis omnibus, quæ incidi, contundi aut imminui quoquo modo debent, ponantur in ⅩⅩ affundendo aq. roſ. ulmar. aã. q. ſ. ut ſupernatent materiam duobus tribusve digitis, digerantur vaſe optimè clauſo ad calorem M. S. per octiduum, deinde per ⊸E deſtillentur, ut artis eſt & fiat aqua imperialis, cui ſi proprium ſalem addideris, validior efficaciorq́ efficietur, (hanc vero correxit & auxit Schröd. Pharm. medic. chim. pag. m. 144. quam vide ibi ſis.)

Hæc aqua cerebrum, cor, ſtomachumque imbecillem roborat, ſpecifica quoque eſt ad juvandam in ſterilibus conceptionem, huic adjecta

prius copiosa testiculorum leporinorum quantitate, ex quibus prædictis per vim digestionis sal elici poterit & reddi præstantior.

Guttulæ aliquot per se, vel cum jusculi cohleari exhibeantur.

Galenus ille Witttenbergensis majoranam immiscuit aquæ carbunculi pag. m. 136. Instit. Med. vulgariter depictæ, in qua tamen rejicit aurum, margaritas, ungulam alcis, cornu cervi, ac lapides percarum, quia, dicit ille, in cucurbita remanent integra, ac cum capite mortuo abjiciuntur; aurum etenim, inquit *Zwelfferus*, tam facilè solubile non est, nec adeò volatilis naturæ, ut unà cum aqueis vaporibus in sublime feratur & per XX transeat in excipulum: an verò è reliquis nimirum ungula alcis & cornu cervino non-nihil salis volatilis adscendat, cuique judicandum relinquo.

Idem Autor ibid. pag. m. 1362. habet aquam cephalicam, l. 2. Prax. part. 4. c. 5.

c. 5. pag. m. 419. deſcribit aquas odoriferas duas, quæ ibi videantur.

Illuſtris *Rolfincius*, Præceptor atque Manuductor quondam meus fidiſſimus c. 8 C. I. A. F. R. l. 3. ſect. 1. artic. 3. majoranam immiſcuit aquæ ſeu ſpiritus hirundinum compoſito. l. 2. ordin. ac method. ſpec. conſult. conſil. 16. pag. m. 241. aquæ apoplecticæ ſingulari, quas, ſi libet, vide & præpara.

Oswald. Crollius Baſil. chimic. pag. m. 262. parare jubet aquam ſuam apoplecticam ſequentem in modum.

℞. *Flor. lil. convall.* *beton.*
til. *rorismar.*
pœon. *Ceraſ. nigr. ſylv. lunâ decreſcente*
primul. ver. *decerpt.* *ãã.*
lavend. *q. l.*
Herb. majoran.
ſalv.

tritis omnibus & mixtis (adde ſem. ſinap. triti ℔. j. vel ij. pone ad putrefactionem affuſa convenienti aquæ ſimpl. quantitate, in qua tantillum lupuli & fermenti incoctum ſit, ut o-

mnia

mnia poſſint fermentare, poſtea ſ. a. deſtilla, & inde elicies ſpiritum inflammabilem, quem circula cum ãã. ſpiritus ⊕i noſtri.

In apoplexia pro morbi & ægri ratione cochleare ſemis exhibe, addita una atque altera gutta olei ſuccini: ad extra etiam tempora & vertex capitis illo liquore utiliter inunguntur.

Zwelff. in append. P. R. pag. m. 35. aliam habet aquam apoplecticam.

Philipp. Gruling. Florileg. Hipp. Galen. chim. part. 9. c. 1. pag. m. 243. habet aquam vitæ reſtaurantem. 361. aquam mirabilem præſervatoriam, lib. 3. part. 1. cap. 11. pag. m. 239. aquam ſtomachalem quarum deſcriptiones, præparationes, uſus ac præbia d. l. videre B. L. poteſt.

Dorncrell. deſcribit 1. aquam antepilepticam majoranâ gaudentem, quæ ℞. *Rad. pœon. mar. debito tempore collectæ* ℥ß.

Viſci quern. ℥ß.	*Iridis florent.* ʒij
Diptam. alb. ℥iij	*Biſtort.* ʒiß.

Coriand. ppt.
ʒij.
Cubeb. ℥ß.
Sem. pœon. debit. collect. ʒvj.
Nucist. ʒij.
Mac. ʒiß.
Flor. beton.
lavend. āā.
Mj.
stæch. arab. ℥j.
Conf. anth.
primul. ver. āā.
℥ij.

pulverisanda pulverisentur subtilissimè, misceantur & infundantur in Spir. Vin. ex vino malvat. optim. destill. ℔ vj. stent in infusione in loco calido per octiduum vase benè clauso, quotidiè multoties commoto, dein adde

Aqq. lil. convall.
℔iij.
flor. til. ℔iß.
ceras. nig. d. sylv. ℔j.
rorism. ℔ß.
majoran.
salv. min.
chamæd. v. āā.
℥iiij. *M.*

Est aqua verè aurea: præcavet enim ab epilepsia, apoplexia, paralysi, convulsione & aliis nervorum frigidis affectibus, si in omni lunæ quadra & in humida nebulosaque aëris constitutione sumatur ℥ß: curat verò eosd. af-

affectus si in ipso paroxysmo exhibeatur ℥j. Pueris sufficit tam in præservatione quàm curatione dimidia vel etiam minor, pro ætatis ratione, dosis, nec iis simpliciter hanc generosam aquam usurpare convenit, sed diluenda est portione aquæ florum tiliæ.

2. Aquam Sophorum, cujus ingredientia sunt.

℞. *Rad. cost. amar.*	*Summit. majoran.*
condit. aromat. ʒj	*Fl. anth.*
cyper. rotund.	*beton.*
℥ij.	*cordial.* ãã.
Pip. long.	*Mij.*
nigr.	*Stæchad. arab.*
Castor. ãã. ʒj.	ʒvj.
Santal. alb.	*Myrobalan. bellir.*
citrin.	*chebul.*
rub. ãã. ʒv.	*ind.* ãã. ʒj.
Sem. 4 frig. major.	*Bacc. lauri. excort.*
excort. ãa. ʒvj.	*sem. eruc.* ãã. ʒij.
min. ʒij.	

pulverisanda pulverisentur subtilissimè, flores verò minutim incidantur,

miſceantur & infundantur in

Aq. flor. til. *antepilept.* *Sol.*
lil. convall. *rorism.* ãã. ℥*ix.*
Vini malv. *optim.* ℔. *xi.*

ſtent in infuſione loco calido per octiduum, deinde deſtillentur igne lentiſſimò M. B.

Hæc aqua non immeritò aqua ſophorum dicitur, cum illorum, qui in liberalioribus ſtudiis verſantur, ingenium ob nimiam humiditatem & frigiditatem ſtupidum acuat, & memoriam, ob eandem qualitatem excedentem, labilem confortet, omnes ſenſus vivificet, ac ſtudioſos ad quasvis diſciplinas capeſſendas habiliores reddat, nec epati infenſa eſt ſua caliditate & ſiccitate, cum plurima habeat ingredientia epatica frigida.

Sumitur ℥j. alternis, ternis, quaternisve diebus pro majore aut minore utentis ratione & neceſſitate.

Joh. Schröd. Pharmac. med. chim. pag. m. 135. deſcribit aquam aſthmaticam F. F. 136, carbunculi, 145. magna-

gnanimitatis, 147. picarum compositam, omnes majoranâ donatas.

Joh. Lang. l. 3. Epist. medic. pag. m. 854. immiscet majoranam aquæ suæ apoplecticæ.

Eperientissimus Dn. D. *Andreas Makius* Auliater Schwartzburgio-Rudolphopolitanus celeberrimus p. m. Manuductor quondam meus ut fidissimus, ita & post fata sua à me nunquam satis laudandus, quantum majoranæ nostræ attribuit, apparet ex iis, quibus immiscuit, medicinis, quas citat in Antidotario suo privato, prout est aqua apoplectica, cujus descriptionem per literas mihi, dum Coburgi vivebam, communicavit, quæ

℞. *Flor. lavend.*
til. ãã. ℥ij.
primul. ver.
pœon. ãã. ℥iß.
spic. indic.
stæchad. arab.
bugloss.
rorismar.
sambuc.
lil. convall. ãã. ℥vj.
Summitat. beton.
salv. ãã. *Mß.*
chamæpith.
basilic.

baſilic.
majoran.
hyſſop.
rut.
origan.
rorismar.
laur.
lavend. ãã. *M j.*
Viſc. quern.
Rad. pæon. ãã. ℥j.
Cort. aurant. ʒiij.
citr. ʒvj.
Bacc. junip. ℥j.
Rad. angel.
ireos florent.

tormentill.
calam. aromat.
enul. ãã. ʒvj.
Galang.
Caryophyll.
Cubeb.
Cardamom.
Zedoar.
Gran. paradiſ.
Zingib.
Nuciſt.
Piper. long. ãã. ʒiij.
Cinam. elect. ʒvj.
Corn. cerv. raſpat. ℥j.

conciſis & contuſis omnibus ſimul mixtis affunde vin. alb. bon. Menſ. iij.

Aq. flor. lil. conval.
til.
lavend.
roſ.
ſalv.
puleg.
majoran.
hyſſop. ãã. *q. ſ.*
thym. parum.

ſtent probè tecta per aliquot dies, deinde deſtillenter per veſicam, deſtil-

latum

latum omne rectificetur per M. B. usus & dosis ibi videatur.

Balthasar Timæus von Güldenklee/ pag. m. 356. observationum habet aquam apoplecticam pag. 379. pectoralem calidam, 405. arthriticam quæ, omnes gaudent majorana atque ibi conspiciendæ veniunt.

Aqua Bullachorum speciosæ & longioris est præparationis, quæ etiam majorana nobilitata est, hanc describit *Thom. Kesler.* cent. 4. chimic. process. 59.

Philip. Müllerus l. 5. miracul. chimic. med. pag. m. 108. habet aquam antapoplecticam, quam attribuit Casp. Bartholino Dano, quam B. L. si ei libet, considerare atque perspicere potest.

Aqua cephalica Caroli V. Imp. componitur ita.

℞. *Fl. lil. convall.* ℔ *iij.*	*Majoran. M. v.*
lavend.	*Rut. M iiij.*
anth. ãã. ℔ *j*	*Salv. M iij.*
ros. rub. ℔ *iij.*	*Beton. M vj.*

col-

collige has ſpecies, quamlibet pro ſuo tempore, & affunde Spir. Vin. q. ſ. dein

℞. *Cinam. elect.* ℔j. *Caryophyll* ℥j.
Cubeb. ℥iv. *Succin.* ℥iij.
Gran. paradyſ. *Nuc.moſch.* ℥iv.
Sem. carv. *Amb. gryſ.* ℥ß.
Mac. ãã. ℥iij.

pulveriſentur craſſiuſculè & ſuperioribus adde, quibus omnibus affunde vini alb. optim. Menſ. ix. ſtent in infuſione adhuc dies iij. poſt deſtilla, ſpiritum ſerva ſeorſim, & abſtrahe ad ſiccitatem usque.

Spiritus abigit vertiginem, confortat memoriam, ac viſum, mirabilis contra apoplexiam, paralyſin & reliqua cerebri ſymptomata ex frigore orta.

Alexius Pedemontanus l. 1. de Secretis deſcribit aquam cœleſtem, quæ quia nimis prolixa eſt, à Lectore pag. 68. ad 72. videri poteſt. pag. 100. habet aquam oderatã ſecundam, 102. aquam quintam.

Nihil

Nihil dicam de aqua apoplectica *Mynſ.* atque lixivio ſapientum ab eodem deſcriptis balſamo apoplectico, memoriæ, aceto aromatico confortante ut & ſpiritu otalgico Ejusd. nec de aqua hyſterica *Martini* & multis aliis.

Quia hæc ſufficere mihi videntur, nunc ex *Nicolao Myrepſo* citare animus eſt alias medicaminum formulas, quarum tamen pauciores hîc ponam titulotenùs tantùm, habet nimirùm is ſect. 5. c. 14. apophlegmatismum. ſect. 1. c. 21. antidotum è moſcho, ſect. 3. c. 74. è hermodactylis laxativam. c. 354. è ſampſycho, 510. ſanam, aliàs Rialarmenigos dictam. ſect. 10. c. 73. emplaſtrum cordiale. c. 99. ſtomachale. ſect. 3. c. 10. ungventum è ſampſycho panchreſtam. c. 48. aliud. c. 74. Acopon Heracl. nominatum. ſect. 8. cap. 49. Syrupum ad ſtranguriam & dyſenteriam, c. 59. Droſaton ad pleuriticas diſtenſiones. ſect. 21. c. 12. ſuffimentum veronicæ.

Epi-

Epiphan. pag.m. 19. habet Electuarium majorana dotatum.

Fioravanta deſcribit Elixir vitæ amaraco adornatum.

Ni B. L. nauſeam exutarem, citem & alia medicamenta majoranâ condecorata: inter alios Scriptores eſto

Johan. Jacob. Wek. antidot. ſpec. l. 2. c. 19. pag. m. 513. oleum balſami, cujus autorem conſtituit Andernacum, compoſuit.

Philip. Grüling. part. 5. Florileg. c. 15. habet claretum purgans, part. 12. c. 4. & 5. varios pulveres ptarmicos. part. 16. c. 1. vinum antipodagricum Parac. attributum. *Auguſtana* p. m. 353. ungventum nervinum. item Syrupum de Artemiſia nominatum, cujus autorem volunt eſſe Matthæum de Gradibus.

Joh. Zwelff. P. R. pag. m. 10. Syrupum cephalicum.

Johan. Renod. l. 5. Antidot. ſect. 1. c. 23. recenſet ungventum Aregon. c. 24.

Mar-

Martiatum. l. 2. sect. 2. c. 4. diacolocynth. magistralem.

Daniel Sennert. l. 5. Instit. pag. m. 1503. parat ungventum herbaceum, l. 1. prax. part. 2. c. 27. Syrupum de Iva arthetica.

Fabric. Hildan. vinum ophthalmicum confortans.

Gvern. Rolfinc. l. 3. C. 1. A. F. R. sect. 2. artic. 1. c. 18. describit spiritum vini cephalicum. l. 4. sect. 4. c. 3. mixturam antepilepticam.

Joh. Schröd. Pharmac. Med. Chimic. l. 2. c. 87. pag. m. 307. præparare jubet ungventum butyraceum nervale.

Joseph. Quercet. l. 1. Pharmac. Dogmat. Restit. c. 18. habet pulveres ptarmicos varios.

Martin. Pansa. pag. m. 141. l. 2. de tuenda sanitate sistit aquam pretiosam pro sanis & ægrotis.

Johan. Lang. l. 3. Epist. medic. pag. m. 873. decoctum cephalicum.

Martin. Rulandus Cent. 6. Curat. 36.

sum-

ſummoperè commendat pulverem, ſternutatorium.

Alex. Pedemont. in de ſecretis pag. 111. pulverem ab Italis Violetta dictum. pag. 317. ſmegma odoratum.

Imò ſi cuncta remediorum genera à Doctiſſimis etiam viris poſteritati relicta hîc recenſere vellem, opus certè inciperem, quo perficiendo vires priùs deficerent meæ, quàm illud abſolverem: proinde L.C. hiſce contentus ſit generalioribus, nunc ad ſpecialiora me conferens pono

CAPUT X.

In quo exhibetur, quosnam ſupremi ventris ſive capitis curare valeat morbos Majorana noſtra.

CErebrum, partem illam hominis præſtantiſſimam, quoties quispiam intuetur atque conſpicit, toties idem admirari debet ejus miſeriam: præ-

præſtantiſſima ejus eminentia cœlo proxima ſapientiæ domicilium, cogitationum metropolis, judicii officina, memoriæ promtuarium eſt: miſeranda verò & eſt calamitas cum miſeria, quoties perpenduntur inſultus atrociſſimorum nec non graviſſimorum morborum, qui cerebrum crudeliter invadunt, præcipui horùm tantùm recenſebuntur, & quoad fieri poteſt, curationes eorum monſtrabuntur, quantumve ea in re majorana noſtra aliis admixta medicinis valebit, indigitabitur.

DOLOR CAPITIS.

Contra hunc uſurpatur à *Buhabyliba Byngezla* l. canon. pag. m. 109. in decocto ſequenti. Rec. Chamomill. Melilot. Majoran. ãã q.v. decoque in aqua ſimplici pro fotu.

Plura vid. apud *Laurent. Friſium* l. 2. ſpecul. medic. part. 2. c. 2. ubi ſacculus eſt. *Bertruc.* tract. 1. ſect. 1. c. qui lavamen. *Caſp. Peuc.* prax. m. ſ. ibi emplaſtrum. *Grüling.* part. 6. Flori-

leg.

leg. c. 32. clyſma l. 1. prax. part. 1. c. 1. pag. m. 7. pilulas, 12. nodulum. *Rolfinc.* l. 2. Conſultat. 1. pag. m. 48. vinum medicatum. l. 2. pag. 20. potum & pulverem. *Auguſt. Thonn.* l. 2. Obſervat. 1. cucupham. *Joh. Pet. Lottich.* l. 2. c. 1. Obſervat. 3. alias duas cucuphas. *Pet. Joh. Fab.* Pathol. c. 1. §. 23. caputpurgium. *Valeſcus de Taranta* l. 1. Philon. Pharmac. c. 7. pag. m. 24. ſacculos. *Joh. Jacob. Weck.* l. 2. Medic. Utriusque Syntax. part. 2. pag. m. 404. præſcribit ſyrupum pituitam coquentem, incidentem & attenuantem. *Leonh. Fuchſ.* l. 1. c. 12. decoctum. *Scribon. Larg.* c. 1. Compoſ. 3. *Marcell.* c. 1. de Medic. varia. *Rondelet.* pileolum. *Marſil. Ficin.* l. 1. de Studioſ. ſanit. tuenda. c. 15. pag. 24. præcipit linire frontem tempora & cervicem, ungvento quodam. *Pet. Beyer.* itidem diſtinct. 1. tract. 1. c. 3. *Carricht.* l. 1. c. 3. Prax.

HEMICRANIA.

Contra eam ordinavit *Fabric. Hildan.* cent. 2. obſ. 10. ſequentia. ℞.

℞. *Rad petrosel.*	*Sem. anis.*
fœnic.	*fænic. ãã. ʒij.*
polypod. ãã. ℥ß.	*Fol. fenn. s. s. ʒß.*
Flor. anth.	*agrimon.*
bugloss.	*beton.*
Summit. majoran.	*cuscut. ãã. Mß.*
ãã. p. j.	

F. Decoctum, ℞. hujus decocti ℥iv.

Rhabarb. elect.	*Cinamom.*
ʒij.	*Zingib. ãã. ʒj.*
Agaric. trochisc.	*exprime*

fortiter adde bened. laxativ ℈ij.
M. F. Potus.

℞. *Fol. & flor. beton.*	*Stæchad. arab.*
anth.	*Summit. majoran.*
camomill.	*absynth. ãã. Mß.*
melilot.	*Sem. aneth.*
ros. rub.	*Lign. sanct. ãã. ℥j.*

M. concisa & contusa F. Species pro Cucupha.

VERTIGO.

Ad hanc tam præservandam quàm curandam variè etiam præscribitur, v. g.

Grems l. 2. Arbor. c. 1. §. 10. exhibet sequentem potum, qui

℞. *Aq. ceraſ. nigr.*	*vit. Lang.* ãã. ℥j
anthos ãã ℥iß.	*Elix. vit. Matth.* ʒiij.
majoran.	*Extract. Agall.*
cinam.	ʒiß. *M.*

Adi, ſi libet *Byngezl.* pag. m. 113. *Laurent. Friſ.* pag. m. 75. *Bert.* tract. 1. ſect. 1. c. 2. *Dan. Senn.* l. 1. prax. part. 2. c. 4. *Gruling.* cent. 1. curat. 58. l. 1. Prax. part 1. c. 10. *Rolfinc.* l. 2. Conſult. conſil. 9. *Valeſium de Taranta* l. 1. Philon. c. 9.

Pro quodam literato vertiginem metuente Anno 1660. ordinavi ſequentes trochiſcos,

℞ *Spec. dianth.* ʒj.	*Sacch. cand. alb.*
Amb. gryſ. gr ij.	℥iß.
Cinnab. nativ. optim. ℈jß.	*cum mucilag. trag. alb. ex aq. majoran.*

facta q. ſ. Formenturi Trochiſci, tandem inſperſ. ʘ. majoran. gut. x. qui, ut literatus ille poſt biennium ad me reſcripſit, bene contulerunt.

IN-

INCUBUS.

Pro hujus curatione adhibuit majoranam aliis associatam medicinis *Rolfincius* l. 2. Consult. consil. 10. ut spiritus confortentur animales ita:

℞. *Spec. diacastor.*	*Conser. botryos*
diamb.	*heder. terrest.*
diamosch. d.	*hyssop.*
diarrhod.	*rorell.*
aromat. caryoph	*salv.*
diacinam.	*veron.*
diacalaminth.	*majoran.*
Pulv. cachect.	*rub.*
Rolfinc.	*anth.*
Corall. rub. ppt.	*cochlear.*
ãã. ℈j.	*genist.* ãã. ʒj.
Fœcul. ari	*Croc. ♂ saccharat.*
pœon. ãã. ℈ß	*Cinnab.* ♁ ãa ℈ij.
cum Syrup. menth.	*hyssop.*
fumar.	*pœon.* ãã. *q. s.*

M. F. Electuarium obducendum foliis Sol. de hoc sumat æger lectum petiturus magnitudinem juglandis, & manè hora octava & pomeridiana quarta.

Consule *Senn.* l. 1. Prax. part. 2. c. 29. *Grüling*. Cent. 2. Curat. 33.

PHRENITIS.

Phreniticis Majoranam conferre, sanctum reliquit *Bertrucius* Tract. 1. Sect. 1. cap 3. pag. m. 23 præcipiens in fine phreneseos veræ ex sangvine vel cholera adusta embrocationes resolutivas spargendo super caput ex alto nimirum ℞. Flor. camomil. rof. rub. summit. aneth. majoran. ãã Mj. quæ bulliant in aqua simplici.

Plura habentur in *Grüling*. Cent. 1. Curat. 14. ubi videre est inter alia, enema.

MELANCHOLIA.

Sennert. l. 1. Prax. part 2. c. 11. contra melancholiam cordialem hoc ordinavit, quod

℞ *Conserv.*	*rorism.*
flor. borrag.	*majoran.* ãa ℥j
bugloss.	*Lapid Bezoa: orient.* ℈j.
rof.	*Spec. diamb.*
viol.	*diamarg. fr*
tunic.	*diamb.*

diamb.
diamosch. d. ãa. ℥j.
cum syrup. de borrag. F. Mixtura,
adde ☉ *dest. cinam. gut. iiij. D. ad pyxidem.*

Vide, *Grül.* l. 1. Prax. part. c. 3. *Rol. finc.* 2. Consul. consil. 6. & 7.

Joh. Vincent. Fink. in Enchirid. Dogmat. Hermet. cap. 4. *Carricht.* l. 1. Prax. c. 13.

MEMORIA DEBILIS.

Memoriam confortare Majoranam nostram, liquet ex *Andernaco*, qui composuit lixivia & alia nonnulla pro confortatione memoriæ e. g.

℞. *Camomill.* *Origan.*
Salv. *Beton.* aã *Mj.*

submittantur cineri in fundo, & superfundatur lixivium cum ▽ pluviali, & pridiè quàm caput lavetur, madescat in eo sacculus linteus ex ros. rubr. majoran. lavend. rorism. spic. beton. ãa. p. 1. modicè incisorum agaric. ℨij, inter lavandum sapo odorans in pomi forma addatur, Vel

℞. *Majoran.* *Melilot.*

Rorismar. ãa. *Flor. camomill.*
Miß. *ſtæchad. arab.*
Fol. laur. Mj. *lavend.*ãa *p.ij.*
coquatur ſacculo incluſo in lixivio, horum jure caput manè ante cibum corpore purgato, lavetur, mox ſiccetur contegaturque.

Adi *Senn.* l. 1. Prax. part. 2. c. 5. *Grilling.* l. 1. Prax. part. 1. c. 2. *Rolfinc.* l. 2. Conſult. conſ. 18. *Thonn.* l. 2. Obſerv. 16. *Martin. Ruland.* Cent. 5. *Carricht.* l. 1. Prax. c. 16.

LETHARGUS.

Quantum in depulſione lethargi valeat, teſtatum dedit *Amatus Luſitanus* Cent. 2. Curat. 76. ubi imbrochationem inſtituit ſequentem.

℞. *Camomill.* *Majoran.*
Stoechadar. *Beton.*
Salv. *Hyſop.* ãã *Mj.*
in Aq ſimpl. ℔v. *F. decoctio, & facta colatura tandem*
adde ℴℴ. camomill. & aneth. ãã ℔ß. capilli tamen prius ſunto deraſi.

Job.

Joh. Jac. Weck. Syntax. utriusque Medicinæ pag. m. 386. *Senn.* l. 1. Prax. part. 2. c. 20. *Rolfinc.* l. 2. Consult. consil. 5. *Carricht.* l. 1. Prax. c. 4.

CARUS.

Contra carum usus fuit ea *Timæus* von Güldenklee l. 1. consil. ita

℞. *Cost. ægyptiac v.* ℥vj.	*Herb. beton.*
	majoran.
Rad. pœon. debit. collect.	*meliss.*
	origan.
fænic.	*salv.*
acor. ver.	*thym.* ãa *M.ß.*
angelic.	*Lign. Sassaf.* odor. ℥vj.
cyper.	
ireos ãã ℥iij.	*Bacc. junip.*
Flor. primul. ver.	*laur.* ãa ℥iij.
lavend.	*Sem. aneth.*
lil. convall.	*fænic.*
stæchad. arab. ãa *p.* j.	*ruth.* ãa ℥iß.

Misce conquassata coq. ex s.q. aquæ simplicis. Colaturæ Rec. ℔iij.

Syrup. de hyssop.	*stæchad.* ãa ℥iß.
pœon.	

 beton.

beton. ℥ij. *Oxymel.ſimpl.*℥iß.
Mixta cum albumine ovi clarificentur F. Syrupus.

Contra idem malum etiam adhibuit herbulam noſtram *Fontanonus* l. 1. Prax. part. 2. c. 13.

EPILEPSIA.

Vires majoranæ in epilepſia profliganda approbat *Angel. Sala* in Anatomia ⊕i. tract. 2. c. 2. ſequentem præparans pulverem.

℞. *Cran. human.*	*Aq. flor. til.* ℥viij.
Corall. nitid.	*Spir.* ⊕. ℥viij.
Ungul. alc. calcin.	*Sem. pœon. excort.*
Margarit. orient. ãa ℥ß.	℥ij.
	Camph. ℈j.

hæc in pulverem ſubtiliſſimum redigit, poſteà liquoribus omnia iſta addit exinde in ∴. calente per dies octo digerit, poſtmodum humiditatem igne lento elicit, donec remanentia ſicca in furno vaſis reſideat, digeſtum eximit, quod calcem longè albiſſimam referat, quam calcem additis reliquis ingredientibus omnia optimè

mè in mortario vitreo incorporata, subtilissimè pulverat, pulverem diligentissimè obturatum ad usum servat.

Dosis est à g. iij. ad iv. in vehiculo conveniente.

Cui consentiunt *Crato* consil. 42. *Joh. Jac. Weck.* Syntagm. Med. Utr. pag. m. 393. *Amat. Lusitan.* Cent. 4. Curat. 22. *Fontanon.* l. 1. Prax. c. 15. *Grems.* l. 2. arbor. c. 1. § 10. *Senn.* l. 1. Prax. part. 2. c. 31. *Rolfinc.* l. 2. Consult. Consil. 12. & 13. & ego aliquoties in abigenda Infantum epilepsia felicissimo cum successu oleum majoranæ naribus & vertici applicando adhibui.

APOPLEXIA.

Contra Apoplexiam adhibitam fuisse videre licet in *Rolfinc.* qui cuidam Apoplectico ordinavit has tabulas, uti liquet ex l. 2. Consul. conf. 16.

℞. *Sem. fœnic.* *Nuc. moschat.* ℈ij.
coriand. ppt. *Cinamom.*
carv. ãa ℈j.

Majoran. *Præparat. Corall.*
Euphrag. ãa ℈j. *rub.* ʒß.

M. F. pulvis cum ſacch. in aqua convenienti ſoluto parentur tabulæ, de quibus alternis diebus vel etiam ſingulis una vel altera in fine menſæ ſumi poteſt.

Item ex *Grems.* l. 2. Arbor. c. 1. §. 10. *Grüling.* l. 1. Prax. part. 1. c. 6. *Senn.* l. 1. Prax. part. 2. c. 33. *Thonn.* l. 2. Obſerv. 6. *Deck.* in annotationibus ad Barbett. c. 2. Obſervat. 4. *Blockwitz.* in Anatom. Sambuc. pag. m. 77.

PARALYSIS.

Non inutiliter etiam adhibetur in curatione paralyſeos, uti demonſtrarunt ſequentes Artis Medicæ Conſulti, *Johan. Sigismundi* in Conſil. Craton. à Scholtzio collect., dum Monialem quandam paralyticam curaturus ſequens inter alia ordinavit linimentum, quod

℞. *Ol. coſtin.* ℥j. *Gran. Junip.* ʒiij.
Spir. odorif. ʒj. *Camomill.* ℥ij.

Pulv.

Pulv. castor. optim. ʒiij.
Ol. Nucist. express. ʒiß.
Pulv. fil. lavend. ℈iiij.
majoran. ℈ij.
rut. sicc. ℈jß.

M. simul perfectè absque igne & F. Ungventum pro spina dorsi.

Joh. Jac. Weck. Syntag. Med. Utr. *Byngezl.* pag. m. 115. *Amat. Lusitan.* Cent. 2. Curat. 7. *Senn.* l. 1. Prax. part. 2. c. 27. *Fontan.* l. 1. Prax. c. 20. *Grüling.* Cent. 1. Curat. 21. & l. 1. Prax. c. 7. *Rolfinc.* l. 2. Consult. Consil. 19. *Tim.* von Güldenklee l. 1. Consil. 14. *Valesc. de Tarant.* l. 1. Philon. Pharmac. c. 26. pag. m. 85.

CONVULSIO.

Contra hanc præscripsit *Senn.* l. 1. Prax. part. 2. pag. m. 571. ita

℞. *Conserv. pœon.*
rorism. ãa ℥j.
majoran.
beton. ãa ℥ß.
primul. ver. ʒiij.
bugloss. ʒij.
Pulv. sem. card. bened. ℈j.
Condit. nucist. ʒiiß.
cort. citr.
Zingib. ãa ʒvj.
galang.

calam.aromat. *ãa* *Sem. fænic. pulv.* ℥j. ℥j.
cinam. ℥ß. conquaſſata & incisa M. cum Syrup. pœon. q. ſ. F. Electuarium, de quo manè & veſperi capiatur quantitas nucis moſchatæ.

Adde *Rolfinc.* l. 2. Conſult. Conſ. 14. *Thonn.* l. 2. Obſervat. 19.

OPISTHOTONOS.

Opiſthotonos licet ſit ſpecies Convulſionis, & qui curationem convulſionis callet, meritò etiam opiſthotonum curare potis eſt, attamen in hoc abigendo placet ex *Abrah. Frambeſarii* l. 2. Conſult. Med. 1. fotum majorana nobilitatum hic adponere, qui conſtat ex ſalvia, majoran. abſynth. origan. marrub. ebulo, ſtœchad. & ſimil. in ▽ & vin. decoctis.

TREMOR.

In curatione hujus affectus *Senn.* l. 1. Prax. part. 2. c. 20. ſequens habet.

Rec.

℞. *Herb. primul. ver.*
salv.
rut.
chamæp.
chamæd.
majoran.
satur.
calaminth.
origan.
beton. ãa *Mß.*
Calam. aromat.
ʒß.

coque & cum mellis q. s. F. Syrupus, in quo adhuc suspendatur & relinquatur

Cinam.
Caryophyll.
Mac.
Nucist.
Zingib.
Pip. long.
nigr.
Sem. anis.
pœon.
Spic. ãa ʒj.

de quo bibendum.

CATARRHUS.

Pro curando catarrho adhibuit *Fontanon.* l. 1. Prax. c. 25. ita:

℞. *Rad. liquirit.* ℥j
rusc.
asparag.
gramin.
acor. ãa. ℥ß.
Flor. stæchad. arab.
anth.
sambuc. ãa *piß.*
Herb. beton.
melissoph.
hyssop.
sampsych.
adianth. rec. ãa *Mj.*

Uvar. passar. de-tract. vinac.	*Ficuũ ping.ãa ℥iß. Trium flor. comm. p. j.*

decoquatur in aquæ justa quantitate ad dimidiam. Colat. ℞. ℥xvj. sacch. q. s. pro edulcoratione adde

Cinam. elect.	*Nuc. muschad. ʒiij.*
Pulv. irid. ãa ʒiß.	*F. Apozema.*

Consule *Joh. Crat.* Consil. 1. *Senn.* l. 1. Prax. part. 2. c. 34. *Grüling.* Cent. 1. Curat. c. & J. Prax. part. 1. c. 14. *Rolfinc,* l. 2. Consul. Consil. 22. *Timæus* von Güldenklee/ l. 1. Observ. 14. *Thonn.* l. 2. Observ. 13. *Johan. Vinc. Fink.* Enchirid. Dogmat. Hermet. c. 7. *Volesca de Tarant.* l 2 Philon. Pharmac. c. 54. *Mart. Pans.* Part. 2. Pract. de proroganda vita c. 34.

Hactenus perscrutati sumus majoranæ vires in curatione morborum, in cerebro locum tenentium, meritò nunc progredimur, &, quantas qualesque vires in affectibus reliquarum capitis partium vel abigendis vel de-

mul-

mulcendis majorana posſideat noſtra perquirimus.

OPHTHALMIA.

In curatione opthalmiæ adhibuit *Wek.* l. 2. part. 2. Therap pag. m. 416.

℞. *Syrup. de beton.*	*Aq beton.*
hyſſop.	*majoran.*
ſtæchad. ãa. ℥ß.	*rorism.* ãa. ℥j.
	M. F.

ſyrupus per plures dies ſumendus.

Rolfinc. l. 3. Conſult. Conſil. 3. *Joh. Pet. Lottich.* l. 2. Obſerv. c. 2. Obſ. 4.

OBSTRUCTIO NERVORUM.

Contra obſtructionem opticorum nervorum exhibuit *Fabric. Hildan:* Cent. 6. o. 13.

℞. *Rad. caryophyl-lat.* ℥ij.	*Maioran.* ãa. *Mj.*
ſumm. Euphrag. Miv.	*Card. bened.*
Fol. beton.	*Cinam.* ℥iij.
ſalv.	*Vin. alb.* ℔ *xij.*
rorism.	de quo ſæpè hauriendum.

VISUS DEBILITAS.

Ex *Bertrucio* pag. m. 49. ita curanda venit.

℞. *Siler. montan.*
Maioran.
Euphrag.
Rut.
Chelid. major.
Fænic. ãã. ʒiij.
Spic nard.
Pip. long.
Caryophyll.
Tutiæ in purissimo succo fænic. vel majoran. extinct.
Aloës ãã ʒj.

Fell. aquil. accipitr. hirci incolentis montana, galli, perdicis, fasiani, lupi, lepor. urs. vel vulp. vel vultur. capreol. & omnium animalium de rapina viventium, dum modo sint sana viventium, dum modo sint sana, & ætatis perfectæ, non decrepita, de quolibet unum fel. Balsam. ℥ß Mell. rosat. colat. ℥j. pulverisanda pulverisentur, liquefienda, liquefient, & conquassanda conquassentur, in ultimo sicut decet collyrio, & si sit æstas, misceantur in sole calido per dies 40, quotidiè semel agitando atque commiscendo: si verò fuerit hy-

ems agitetur modo consimili in vase duplici ad ignem, vel subtus cineres & arenam calefactam, in fine verò coletur & conservetur in vase vitreo, & oculis instilletur.

Senn. l. 1. Prax. part. 3. sect. 2. c. 28. *Grüling.* l. 1. Prax. part. 2. cap. 2. *Tim.* von Güldenklee/ l. 1. Observat Cas. 25. *Valesc. de Tarant.* l. 2. Philon. Pharmac. c. 26.

NUBECULA.

Curavit nubeculam *Fabric. Hildan.* Cent. 2. inter alia sequenti.

℞. *Rad. fænic.* *salv.*
petrosel. *Summit. majoran.*
polypod. q. *serpill. ãã.*
lapath. *Mß.*
Cord. frangill. *Fol. beton.*
ãã ℥j. *agrimon.*
Sem. anis. *veron.*
fænic. ãa ʒij. *cuscut.*
Rad. liquirit. ℥j. *scabios.* ãã.
Flor. anth. *Mj.*
beton.

coque in aq. comm. ad remanent. ℔ij. cui adde succ.

succ. beton. ℥j. *Extract. salv.* ℥ij. *M. F. potus.*

SUFFUSIO.

Suffusionem etiam ad retardantem valere & majoranam docet, *Rolf.* l. 3. Consult. Consil. 4. dum pro viro suffusionem patiente præscribit hoc.

℞. *Fol. Euphrag.*
mojaran.
lil. convall.
rorism. ãã. *Mß.*
Flor. calend.
consolid. reg.
bellid. flore pleno
rof. ãã *p. ij.*
Sem. anis.
fænic.
rorism.
ocym.
caryophyl. ãã ʒj.
Fol. senn. alex. ℥ß.
Jalap. nigr. ʒiij
Rhabarb. ℥ß.
Agaric. ʒij
Cinam.
Caryoph. ãã ʒj
Sal. euphrag.
tartar. ãã ℥ß.

Concisa, contusa f. a. F. Species pro vino medicato.

Adeatur *Tim.* von Güldenklee / l. 1. Consil. 26. *Barbett.* part. 1. Chirurg. c. 16. *Grems* l. 2. Arbor. c. 1. §. 11.

PAN-

PANNUS.

Grüling. pro abigendo panno l. 1. Prax. part. 2. c. 8. tale probat.

℞. *Aq. frenic.*	*Aloës*
rosar.	*thur.*
majoran.	*Ceruss.* ãã ℈j
euphrag. ãã.	*Ciner. equiset.*
℥iß.	℈ß.

Oss. sep. Ust. ℈ß. *F. Mitura,* de qua quid singulis diebus oculis instillandum.

LACRYMÆ FRIGIDÆ.

Lacrymas frigidas emendare tendit *Fontan.* l. 1. Prax. c. 26. sic

℞. *Cyper.*	*Herb. sampsych.*
Caryoph. ãã ʒij.	*beton. sicc.* ãã
Cortic. citr. sicc.	ʒß.
ʒiij.	*Fl. ros. rub.* ℈ij.
Cocc. infect.	*Styrac. calam.*
Coriand. ppt. ãã	ʒiß.
℈iv.	M. F. pulvis, qui

anteriori capitis parti inspergatur, cum ægrotans lectum ingreditur.

Hæcce de vitiis oculorum sufficiant,

ant, nunc ad aurium defectus accessum facimus.

AURIUM TINNITUS.

Senn. l. 1. Prax. part. 3. sect. 3. c. 6. exhibet majoranam pro tinnitu aurium tollendo & ita præscripsit.

℞. *Pulp. colocynth.* ʒß. *Sem. carv. cumin.* ãa ʒij. *Succ. majoran. rut.* ãa ℥j. coquantur in vino & ol. amygd. amar. ad vini consumtionem, de expresso & colato aliquid in aurem immittatur, aurisque bombace moschato obturatur.

℞. *Fol. calaminth. majoran. centaur. par.* ãa *Mj. lauri. absynth.* ãa *Mß. Lumbric. vin. lotor. p. ß. Lupin. nõ. x. Bacc. junip. elect. nõ. xv.* coque in s.q. aquæ & duplo vini albi ad consumtionem tertiæ, colatura pro evaporatione servetur, qua dum æger utitur, fabas aut pisa aliquot in ore detineat, & masti-

masticet, ut patente ita meatu auditorio, fumus magis penetret.

℞. *Fol. majoran.*		*Bacc. junip.*	ʒiß.
salv. ãa *Mß.*		*lauri.*	ʒj.
rut.	*Mj.*	*Sem. carv.*	ʒß.
absynth.		*cymin.*	ʒj.
summit. aneth. ãa		*Flor. camomill.*	
p. ij		*p.* ij.	

concisa indantur sacculis duobus linteis & applica.

Grüling. l. 1. Prax. part. 3. c. 2. *Lottich.* l. 2. Observ. cap 3. Observ. 1. & 2.

AUDITUS GRAVIS.

In auditu gravi exhibuit *Laurent. Fris.* tract. 3. specul. med. part. 2. l. 2. c. 1. pag. m. 81. suffumigium, quod

℞. *Camomill.*	*Majoran.*	
Malv.	*Rorismar.* ãa	*Mj.*
Hyssop.	*Sal. comm.*	*Mij.*

coque in aqua communi, operi ollam infundibulo, ut fumus auribus excipi possit.

Grüling. Cent. 1. Curat. 47. *Lottich.* l. 2. Observ. c. 3. Observ. 3. *Carricht.* l. 1. Prax. c. 17.

SUR-

SURDITAS.

Surditatem tollere voluit *Senn.* l. 1. Prax. part. 3 sect. 3. c. 7. ita.

℞. *Rad. raphan.* *Flor. lavend.*
porri ãa ℥j. *Sem. cumin.*
cyclam. ℥ß. *fœnic.*
belleb. alb. ʒj. *Castor.* ãa ʒj.
Origan. ℥ß. *Fel. taur.* ʒß.
Majoran. *Vin. alb.* *q. s.*
Rut. ãa ʒij. macerentur aliquandiu & destillentur.

Liquor auribus seorsim instillandus.

℞. *Rad. raphan. maj.* *Fol. majoran.*
porri. *origan.*
cepar. ãa ℥ij. *rut.* ãa ℥ß.
cyclam. ℥j. *Fl. anth.*
belleb. alb. ℥ß. *lavend.*
Sem. cymin. *salv.* ãa ℥ij.
fœnic. ãa ʒiij. *Bacc. laur.* nõ. 30.

contunde omnia grosso modo, & adde fel. vaccin. ℥iß. posteà macerentur in vin. optim. s. q. ac tandem destillentur.

Grems.

Grems. l. 2. Arbor. c. 1. §. 1. *Grüling.* l. 1. Prax. part. 3. c. 1. *Fontan.* l. 1. Prax. c. 29.

Defectus aurium merito jure excipiunt defectus Narium, & inter eos occupat pro nunc

ANGUSTIA NARIUM.

Sennert. l. c. c. 4. contra angustiam narium exhibere præcipit hoc, quod

℞. *Aq. majoran.* ℥iij. Acet. ℥ß.
fuspendatur in ea pulv. nigell. ʒj.
de quo quid in nares attrahat æger.

Idem fermè fuadet. *Grüling.* Cent. 1. Curat. 67.

OBSTRUCTIO NARIUM.

In obftructione narium pro infantibus multoties bono cum effectu tali ufus fum mixtura, conftante ex aq. majoran. part. i. & aq. rof. part. ij. cui intinxi linteolum inftar turundæ contortum, naribusque intrudi.

OLFA-

OLFACTUS LÆSIO.

Senn. l.c. c 6. p 2 scribit balsamum, naribus illinendum, qui

℞. *Ol. nucist. express.* ʒß. *destill. major.* ℈ß. *ol. dest. cort. cit.* ℈j. *M. F. Balsamus.*

FOETOR NARIUM.

Idem Autor c. 7. ejusd. libri in fœtore narium exhibuit sequens.

℞. *Fol. majoran. Mj. Rad. liquirit.* ʒij. ebulliant in aq. simpl. pro ℥iiij. & colentur, liquor naribus attrahatur.

OZÆNA.

Grems l. 2. Arbor. c. 1. §. 11. contra Ozænam ita ivit.

℞. *Fol. majoran. rec.* super lamin. plumb. in meridie exsiccat. *Thym.* āā ʒiß. *Sem. nigell.* ʒj. *Rad. helleb. nigr.* ℈ij. *Mosch.* ℈ß. *Amb. gr.* vj. *M. F.* pulvis naribus insufflandus.

EXPUCTIO FREQVENS.

Crato Consil. 122. præscribit pulverem

rem ſternutatorium in expuctione frequenti uſurpandum, nimirum

℞. *Pulv. Majoran.* *Rad. pyrethr.*
nigell. *helleb. nigr.*
rad. Ir. flor. *Piper. alb.* *āā.*
caryoph. āā. ℈j
ʒß. commiſceantur,

de quo inſtar piſi manè poſt recrementorum expurgationem naribus indendum.

DENTIUM PUTREDO.

Dentium putredinem *Byngezla* pag. m. 133. curat hocce

℞. *Ol. comm. herb. majoran.* *āā* ℥j.

coquit inſimul, deinde dentem purgat, applicat fiſtulam, candefacit clavos ferreos duos, quorum unum intingit in oleum præparatum, deinde per cannam applicat, & ibidem perfrigerare ſinit, dolore ex putredine non ceſſante, applicat eodem modô alterum.

DOLOR DENTIUM.

Senn. l. 2. Prax. part. 1. c. 11. contra dolorem dentium

℞. *Fol. beton.* *Flor. stæchad. arab.*
majoran. *p. ij.*
rorismar. *Sem. nigell.*
salv. ãã *Rad. pyreth. ãã.*
Mß. *ʒij. M.*

coqu. in vin. alb. & aceti pari portione pro collutione oris.

DISTORTIO ORIS.

Timæus von Güldenklee/ l. 1. Observ. cas. 39. ordinavit sequens.

℞. *Fol. beton.* *Flor. stæchad.*
laur. *arab.*
majoran. *lavend.*
rorismar. ãã. *salv. ãa.*
Miß. *Mj.*

coq. ex lixivio è cineribus juniperi præparato inter lavandum caput fricetur agarico.

LINGVÆ PARALYSIS.

Grüling. l. 2. Prax. part. 1. c. 10. in curatione lingvæ paralyticæ tale commendavit, quod

℞. *Rad. acor. ver.* *Herb. majoran.*
ʒj. *salv. ãã. Mj.*
Nuc.

Nuc. moschat. *cyper.*
℥ij. *galang. min.*
Rad. costi *ãã* ℥ß.
adde ad gratiam conciliandam *Mellis anthos.* q. s. F. Gargarismus.

VOX AMISSA.

Vocem amissam ex variolis restituere voluit *Fabric. Hildan.* Cent. 6. Observat. 4. sequenti remedio.

℞. *Flor. beton.* *Summit. majoran.*
anth. *ãã.* *Mß.*
primul. ver. *Ros. rub.*
hyperic. *Ivæ arthet. ãa.*
salv. *Mj.*
centaur. min. *Bacc. junip.* ℥ij.
quæ omnia conscindantur, contundantur, sacculoque includantur, qui coquendus in aqua, & collo calidè imponendus.

Atque hæc sunt, quæ de Majorana in curatione tum capitis, tum ejus partium huc transcribere volui, converto me nunc ad

Caput XI.

In quo Vires Majoranæ noſtræ, quantum ad defectus medii ventris attinet, curandos, videri posſunt.

RElicta ſuprema cavitate meritò nunc convertimus nos ad mediam, in qua cor, fons & origo vitæ, tanquam Rex in throno ac ſede regia reſidet, & quia hæc cavitas à morbis non immunis eſt, non inutile erit, ſi & in hac parte majoranæ noſtræ vires ac virtutes perquiramus, & ſit initiò

DYSPNOEA.

Lottich. l. 3. Obſervat. c. 2. obſerv. 1. ad dyſpnœam veterem & contumacem inter alia vinum pectorale ſanè non contemnendum præſcripſit, quod

℞. *Rad. enul. rec. lot.* ℥iiij. *ireos florent.* ʒvj.

Herb.

Herb. majoran. *pulmon.*
rorism. āa. *ling. cerv.*
Mj. *scabios. siccat & à*
Sem. anis. ℥ß. *stip. mund.* āa.
Cubeb. *Mij.*
Galang. *Cortic. aurant.*
Mac. āā. ʒij. *citr. sicc.* āā
Herb. veron. ʒiij.
hyssop. parum contusa & sacculo linteo inclusa indantur dolio, cui affunde Vin. Rhenan. Mens. x. vel xij. stent per octiduum, bibendum inde loco potus ordinarii imò in prandio & cœna. Videatur Martinus Rulandus Cent. 6. curat. 36.

TUSSIS.

Fontanon. l. 2. Prax. c. 2. adversus tussim hæc habet.

℞. *Succ. bet.* *Mell.* ℥j.
majoran. āā *Zingib.* ℈j.
℥iß. M. F. Errhinum quod jejunè naribus attrahendum.
℞. *Herb. beton.* *salv.*
majoran. *melissophyll.*

ſtæchad. arab. *camom.* ãã *q. v.*
decoque in aq. ſimpl. ſ. q. quâ calidâ crura laventur manè & veſperi. Adi & *Lottich.* l. 3. Obſerv. c. 1. Obſerv. 6.

ASTHMA.

Aſthma ad curandum uſurpavit *Fontanon.* l. 2. Prax. c. 4. his.

℞. *Herb. majoran.* *ſtæchad. arab.*
beton. *Flor. camomill.*
ſalv. ãã. *melilot.* ãã.
Mij. *Mj.*

decoque in ſ. q. aquæ, quo decocto laventur crura.

℞. *Herb. beton.* *Santal. omnium* ãã
majoran. ãã ʒiß.
Mß. *Macer.* ʒj.
Coriand. ppt. ʒß. *Roſ. rubr.* ℈ij.
Cocc. infect. ʒij. *Caryophyl.* ʒiß.

conterantur, rubroque panno ſericeo inſuantur F. pileolus, qui geſtetur. Conſule *Carricht.* l. 1. Prax. c. 49.

PHTHISIS.

D. *Joh. Sigism.* cuidam Nobili phthi-

ſi

ſi laboranti lotionem capitis commendavit ſequentem, quæ videre eſt in Conſil. Craton. à. Scholzio collectis

℞. *Roſ. rub. Mß.* *Rad. aſar.* ℥*iij.*
Majoran. Mj. *Agar. albiſſ.* ʒ*iß.*
Balauſt. Mß. incide groſſo modo F. ſpecies pro lixivio.

Plura habet *Lottich.* l. 3. Obſerv. 2. *Roderic. à Fonſec.* Tom. 2. Conſil. Conſil. 56.

SYNCOPE.

Weck. l. 2. Therap. part. 2. pag. m. 459. contra ſyncopen tale applicare jubet, quod

℞. *Aq. meliſſ.* *Croc. gr. v.*
majoran. *Oſſ. de cord. cerv.*
roriſmar. *nō ij.*
roſ. ãã ℥*iv.* *Ambr.*
Lign. aloēs *Moſch.* ãã *gr. iiij.*
Cortic. cit. ãã ℥*ij.* *Vin. fulv. odorat.*
Cinam. ℥*iij.*
Caryophyll. ãã ʒ*ß.* *f. Epithema.*

Adhibuit etiam majoranam cum aliis

contra idem malum *Rolfinc.* l. 4. Consultationum, consilio 2.

LANGVOR UNIVERSALIS.

Contra langvorem universalem, commendat *Sylvius* l. 1. Prax. cap. 34. pag. m. 343. sequens.

℞. *Fol. majoran.* *rut. hortens.*
rorism. *Calaminth. mont.*
hyssop. *menth. crisp.*
salv. *serpill.* āā *Mß.*

concisa includantur sacculo & affunde vin. vel cerevis. q. pl. ut tantum, noctu, quantum sequenti die bibendum, quoniam vis cerevisiæ facilè evanescit.

PALPITATIO CORDIS.

Casp. Hoffmann. in Consiliis Cratonianis à Scholtzio collectis, pag. m. 275. in palpitatione cordis talem præscribit sacculum, qui

℞. *Herb. menth. crisp.* *absynth.* āā *Mj.*
calaminth. *majoran.*
origan. *Ros. rub.* āā *Mß.*
beton. *Camomill. odor. p. j.*

Ca-

Calam. aromat. *Sem. anis.*
ʒiij. *carv.*
Condit. nuc. nō j. *cymin.* āā ʒj.
Bacc. laur. ʒiß. *M.*
concisa & contusa pro sacculo cancellatim intersuendo.

Utitur & Majoranâ nostrâ in eod. affectu *Fontanon.* l. 2. Prax. c. 7.

EPHEMERA.

In Ephemeræ curatione *Byngezla* præcipit pag. m. 83. odorari majoranam.

SYNOCHUS SIMPLEX.

Rolfinc. l. 4. Consult. Consil. 4. pro quodam Studioso ordinavit sequens.
℞. *Balsam. ros.* *majoran.* ℈j.
citr. āā *Extract. opii gr. vj*
℈ij. *M. F.*
Balsamus, quo tempora & nares inungi debent.

HEMITRITÆUS.

Hemitritæum abigere voluit *Fel. Plat.* l. 2. Observ. sequenti remedio.
℞. *Rad. lil. alb.* ℥iij. *alth.* ℥ij.

Herb. absynth.	*Fl. camomill.*
menth.	*melilot.*
Cortic. citr. ãã ℥j.	*rof. rub.* ãã *p. j.*
Majoran. ℥ß.	*sem. carv.* ℥ij.

decoque in vino & pistentur addendo farin. silig. ℥ij. ol. absynth. nardin. ãa. ℥iß. M. F. Cataplasma loco dolenti, si nimirùm tumor ex inflatione ventriculi orsus sit, in hemitritæo, tepidè applicandum.

FEBRIS CHRONICA.

Petrus Beyerus distinct. 20. c. 8. pag. m. 436. solenne ad febres chronicas & describit &

℞. *Rad. irid.* ℥x.	*Sang. anser. exsicc.*
Trium. piper.	*Serapin.*
Asæ fœtid.	*Xylobalsam.*
Scord.	*Carpobalsam.* ãã.
Castor.	℥ß.
Folii.	*Spic. nard.*
Sem. rut.	*Croc.* ãã. ℥iij.
Asar.	*Chamæd.*
Ammon.	*Chamæp.*
Galban.	*Majoran.*

Menth.

Menth.
Fol. rub. agrest.
Carv.
Caryophyll. ãa ℥iiiß.
Turbith. alb. ad pondus omnium
Agar. albyss. ℥x.

trita & cribellata conficiantur cum syrup. facto ex melle, & decocto turbith. caryoph. cinam. anis. ãa. ℥ij. invicem coctis ad debitam formam syrupi decenter cocti. Dosis ejus est ℥iij. cum aqua virtualiter calida, decoctis asari & gentianæ.

PESTIS.

Gesnerus habet aquam vitæ contra pestem, quæ sequenti modo præparanda.

℞. *Caryophyll.* ℥ß.
Cinam.
Zedoar.
Rad. Valerian.
pimpinell.
torment.
Flor. Ros. rub. ãa. ℥j.
Santal. citrin.
rub.
spodii ãa. ℥ß.
Cortic. citr.
Terr. sigill.
Diptam.
Sesel.
Meliss.
Majoran.
Rad. enul.
Carab.
Nuc. moschat.

 Rha-

Rhabarb.
Scabioſ. āa. ʒß.
Flor. anth.
borrag.
bugloſſ.
Corn. cerv. Uſti.
Ruth,
Coriand. ppt. āa ʒj
Spec. de gemm.
liberant.
diatham.
lætit.
diarrhod. Abbat.
diamargar.
Hyacynth.
Smarag.
Margarit. ſplend. āa. ʒj.
Mithridat. Dam.
Theriac Venet.
Bol. armen. āa. ʒß.
Fol. aur.
argent. āa. *nō vij.*
Vin. aduſt. optim. ℔ *viij.*

